

ARTICULUS PRIMUS.

Resolvitur Quæstio quoad primam partem.

rùm si propterea, quod hæc particula in nomine idem significat, quod in virtute, vel auctoritate, non potest ex illis locis colligi, quod baptismus daretur ab Apofolis sub hac forma, in nomine Christi, sequitur, quod nequæ verbis Marth. ult. baptizantes eos in nomine Patris, &c. colligi possit, baptismum esse sub illa forma conferendum, quia illa particula, in nomine, hic, & ibi eodem modo interpretari potest; ita quia Nicolaus Papa primus, ut reuertitur de Consecrat. disp. 4. ex illis locis colligit, Apolos baptizasse sub illa forma, in nomine Iesu Christi. Tum tandem quia, quando Scriptura loquitur de sacramentis, non solum debemus intelligere, quod verba, quæ ibi ponuntur, sunt forma sacramenti, sed etiam quod nulla alia verba sunt forma, nisi aliud ex traditione Apofolorum Ecclesie accepit. Sed de hac re videatur Scot. nostri Faber in 4. disp. c. 3. Brancatus disp. 12. ar. 5. Aretinus in 4. d. 3. q. 2. ar. 10. Hiquæ ibidem, qui late hanc materiam tractant, & Recentioribus occurrunt, uno excepto Centino, illis adhaerent disp. 4. c. 3.

56 Sexto ulterius queri solet, an baptismus collatus sub hac forma exprimit Trinitatem personarum sub aliis nominibus, scilicet genitoris, geniti, & procedens ab utroqueque validus, & Theologi nonnulli affirmant esse validum, quia hæc nomina videntur synonyma fore quoad principale significatum cum Patre, Filio, & Spiritu Sancto, quia in idem recidunt Pater, & Genitor; Filius, & Genitus; Spiritus Sanctus, & procedens ab utroque, unde illa mutatio non est substantialis, sed accidentalis; ita Cajetanus, Victoria, Caspensis, & alii Recentiores probabilem putant. Scot. tamen loc. cit. sub H. aperte docet, nec licite, nec valide posse sic Trinitatem invocari, quia non servaretur forma à Christo instituta; & ratio est, ait Doct. quia sicut Deus dederat Judæis nomen divinum essentiam significans sub propria ratione, scilicet Tetragrammaton, ita Christus dedit Ecclesie nomina personas divinas significatias sub propriis rationibus, & sub illis invocari debent in exercitio baptismi, & talia sunt hæc nomina Pater, Filius, & Spiritus Sanctus; & Spiritus Sanctus significat propriam eorum rationem personalem; at Genitor, Genitus, & ab utroque procedens significat eorum motionem, & originationem; & idem docuerunt S. Th. q. 66. ar. 1. ad 7. S. Bon. 4. d. 3. q. 3. ar. 2. Aletius qu. 8. memb. 3. ar. 3. & hæc est communis apud Recentiores, & Summistas; Unde sustinentur opinionem oppositam, quia nostra est communis sima; dicunt, nulli licere à consueta forma decedere; & addunt, quod si contingat, aliquem fuisse baptizatum sub ea forma, genitoris, geniti, & ab utroque procedentis, iterum baptizandum esse sub conditione, ita Caspensis disp. 1. de baptismo sect. 3. in fine, & alii, qui dicunt, eam sententiam esse tantum speculative probabilem, non tamen in praxi ponendam.

57 Postremo queri solet, an baptismus sit validus, quando administratur cum aliqua verborum mutatione; circa quæstionem resolutionem varias assignat regulas Scotus loc. cit. generalis autem regula hæc est, & ab omnibus communi calculo recepta, quod quando contingit substantialis mutatio in verbis, ut si verba assumerentur sensum distinctum importantia à sensu, qui continetur sub verbis formæ; tunc invalidum censeri debet sacramentum; si verò mutatio sit tantum accidentalis, tunc validum adhuc est sacramentum, ut satis constat ex regulis generalibus assignatis disp. præced. de sacramentis in genere.

QUESTIO TERTIA.

An possint plures eundem hominem baptizare, & unus plures.

58 Quamvis soli Presbytero ex officio, ex vi ordinis, & consecrationis ministrare baptismum incumbat; & Diacono etiam ex vi ordinis, & commissione Presbyteri, & Parochi, in casu tamè extreme necessitatis pueri periclitantis, quævis persona humana rationis particeps, vir, aut femina fidelis, aut in fidelis etiam licite baptizare potest, dum modo possit illi abluere, & legitimum formam præferre eam debita intentione faciendi, quod facit Ecclesia, ut docet Scotus 4. d. 6. q. 1. & licet antiquis tæpibus multis etiam Ecclesie Paribus hæc res fuerit sub dubio; modo tamen ab ægypto periculo negari non potest, cum id fuerit expressè definitum ab Innocentio Tertio in Concilio Lateranensi cap. Firmiter de sima Trinitate, & fide catholica, & ab Eugenio Quarto in suo decreto fidei; Cuius rei cõgruentia est maxima huius sacramenti prædicta requiritur valide ministrari posse. Hoc itaq; possunt, tanquam de fide, querere modo, an plures ministri valide possint simul unum baptizare; & an idem minister possit valide plures simul baptizare, quod sequentibus articulis resolvendum est.

sacramenta, eorumque ministris esse causas duntaxat morales, respectu illorum effectuum, qui effectivè, & physice sunt à solo Deo, ut à causa principali; & nullum esse inconveniens, plures morales causas totales simul concurrere ad eundem numero effectum, patet de duobus consiliis uni datis, à quibus quis movetur ad faciendum unum numero actum; & de duobus precantibus, vel duobus meritis, quibus primum indistinctè movetur ad dandum idem numerum, quod singulis deberetur; ita dicitur lib. 6. c. 63.

62 At statim infra n. 65. eandem replicans discutitur, quod vel illa plura baptismata essent causæ totales, vel partiales, non secus enim, quia quodlibet eorum habet, quicquid requiritur ad totalitatem causæ; neque primum, quia eadem absurda, quæ sequuntur de pluribus causis totalibus physice respectu eiuſdem effectus, sequuntur etiam de moralibus. Respondet, secundum se esse totales, cum verò si uniantur, cum habeant suum esse integrum sacramenti, evadunt partiales, & quodlibet eorum est partialiter motum Deum ponat gratiam unam numero. Ubi nova apparet contradictio huius Auctoris in eadem pagina, nam supra dixerat, illa plura baptismata esse causas totales, respectu gratiæ, quia hoc non repugnat in causis moralibus; & plura post dicit esse causas partiales; Neque solus hic Scotus ita confusè loquitur in hac materia, sed etiam Centinus d. 5. c. 2. a. 1. ubi tandem his argumentis prostratus concludit, nullum in tali casu fieri baptismum. Rubeus verò nosse par. 2. contr. 15. motu suo planè in intelligibilia dicit; & hiquæ tandem in præfati valde hæſitat de mente Doct. & in eodem opinione inclinat videtur, quod essent plura baptismata.

63 Ut autem in hoc puncto dicam, quid sentio, planè mihi non videtur hæc quæstio tanti esse momenti, & quodcunque dicitur facile admitteri posse, nempe quod essent unum, vel plura baptismata quod obvio exemplo declarari potest de ramo viridi tabernæ appenso pro venditione vini, si enim non unum essent appendere tantum, sed plures, si quætar, an in tali casu tantum plura signa venditionis vini, vel unum; & si concedatur esse plura, an singula moverent totaliter ad emptorem vini, vel solum partialiter, planè in tali casu parum refert, si hoc vel illo modo dicitur; possunt enim dici plura signa, quia non repugnat, plura signa esse imposita ad idem numero significandum; & possunt etiam dici unum signum, quia non repugnat, eandem numero relationem rationis supra diversam numero, ac etiam specie fundamta fundari, ut dicitur est disp. præced. q. 1. explicando rationem sacramenti in communi; unde ratione unitatis significacionis, & significati plures illi rami appensum unum duntaxat signum vendicionis vini constituentur formaliter, nec essent plurimum materialiter; Si etiam poneretur esse plura signa, si dicantur omnia, & singula esse causas totales, vel partiales vendicionis vini, utroque; etiam bene diceretur; primum quidem bene diceretur, quia licet intelligitur, in causis moralibus poni unum effectum ex pluribus causis totalibus, ex pluribus meritis, seu meritis, aut parentibus, ac specialiter ex pluribus signis in idem tendentibus; Secundum etiam bene diceretur, quia licet quilibet ramus tabernæ appensus possit esse causa totalis vendicionis vini, & motum totale, si solus exponeretur, tamen si cum aliis simul exponatur, potest dici causa partialis, & motum partiale, quia homo transiens, & plures illos ramos videns expostos ad indicandam vini venditionem, non debet moveri potius ab hoc ramo quàm ab alio, & consequenter dicendum esset, quod singuli essent tantum causa partialis, & partialiter moverent hominem ad vini emptorem.

64 Sic ergo pariter dici potest in proposito de illis pluribus abluionibus, & verborum prolationibus in casu posito, quod plures simul, & semel baptizent eundem; potest enim dici duplex baptismus, si duo baptizentur, si quidem est duplex opus totale, & perfectum cum re, & adæquata distinctione, unus tamen, & idè esset effectus ab utroque productus, nempe unus character, & una numero gratia, & non maior; quàm dum unus solus minister baptizat; dici etiam potest duplex significatio, & duplex vis causativa talis effectus, quævis enim res significat, & causat se una, & eandem, tamen optime potest esse duplex eius signum, duplex causus, & sic duplex significatio, & vis causativa moralis; duplex tandem dici potest causa totalis, vel partialis; cum enim in causis moralibus facile intelligatur, poni unum effectum ex pluribus causis totalibus, ut dicitur, esse potest utraq; causa poni totalis; siquidem cum Deus sua institutione promittat, ad exhibitionem talis signi talem conferre effectum, quocumque; contingat, plura simul talia signa in ordine ad idem subiectum à pluribus exhiberi, virtute talium signorum suam adimplet promissionem, & confert unum effectum, & à singulis totaliter movetur. Potest etiam quælibet dici causa partialis, quia licet quilibet minister esset causa totalis, si quis faceret, quod facit, & tamen quia Deus non debet potius moveri per factum unius, quàm alterius, præſtat dicere, quod movetur per factum utriusque; & consequenter utrumque esse causam partialem tantum movendi Deum, qui solus est causa physice gratiam producus, & character; ut Ponc adnotavit d. 42. q. 5. n. 2. 1.

65 Adhuc tamen præſtat dicere cum Doct. loc. cit. lib. D. si plures, in Quæ. sentent.

res eundem baptizent, unum esse baptismum, & non plures, quia sacramentum baptismi magis est baptizatio passiva, quàm activa; in casu autem posito licet sint plures baptizaciones activæ, unica tamen est passiva, sicut unum tantum est baptizatus; & si actio ponatur in agente, sive absolute, sive respectu ad passum, falsum est diversis actionibus semper passionem correspondere diversas. Quod si contendas, propositionem hanc esse univèrsaliter veram, quod cuilibet actioni correspondet sua passio, atque idè ibi ubi sunt plures baptizaciones activæ, erunt quoque plures passivæ, & consequenter plura baptismata. Tunc dicendum cum Basilio loc. cit. hinc sequi, tantum esse plura baptismata materialiter, sed esse adhuc unum tantum formaliter, quia in omnibus istis baptizacionibus passivis fundatur unum tantum respectu rationis, qui est signi ad gratiam signatam, etiam unus numero, quod bene possibile est in respectibus rationis, ut supra dictum est; quam rationem late prosequitur, & declarat Vaf. disp. 1. q. 8. c. 2. ubi unitatem baptismi in tali casu ex unitate significacionis deducit, quæ est formalitas sacramenti, cum enim in diversis rebas unum numero significatio reperitur, unum numero sacramentum erit; in proposito autem plures illæ abluiones, & prolationes à diversis, unam gratiam, & unum characterem significarent, ac proinde significati one una unum sacramentum esset. Denique hoc idem confirmat Amic. disp. 11. de Baptismo sect. 4. nam omnes illæ abluiones, & prolationes ad unum effectum in anima baptizandi causandum ordiuntur, in ordine ad quem omnes illæ abluiones, & prolationes numericam unitatem accipiunt; non secus, ac multæ partiæ consecrata ab eodem sumptæ non sunt plura, sed unum sacramentum pro ordine ad unam refectionem spirituales, & quam mediante una commelione, illæ ordiuntur. Et hoc est, quod jam pridem diximus disp. 8. phys. q. 3. art. 2. n. 68. in hoc proposito, Deum inſtituisse ad exhibitionem talis signi inducere in baptizato effectum supernaturalem, sive hoc exhibeatur ab uno Ministro, sive à pluribus, quia id non importat in signato, respectu signi physici, & essentialis, & dependentiam, quam tantum negamus, in effectu ad plures causas totales, & sacramentum unum aquè constituitur ex abluione, & verbis ab uno, vel pluribus prolatis, quia ad unitatem sacramenti non videtur, necessario requiri abluio, & prolatio verborum ab uno tantum Ministro; & hæc sententiam, ut Scoti genitum, defendunt Faber, Poncius, Aretinus, & alii Scotistæ passim, ac Recentiores quamplures.

66 Secundo principaliter, in secundo casu jam posito ab initio articuli, si plures unum baptizent, ita ut unus alterum preveniat in absolvenda forma cum appositione nomen, latenter omnes, baptismum à primo collatum esse validum, & ab ipso solum consequentiali tero nihil efficiente. Ratio, quæ omnes utroque, hæc est, quia subiectum semel baptizatum incapax est ulterioris baptismi, cum hoc sit de numero sacramentorum irreiterabilium; ergo quicquid postea sit ab alio Ministro abluente, & verba proferente irritum est, ac inane.

Confirmatur, quia si post consummatum unum baptismum, alter Minister baptismum inchoaret, utique nihil faceret, quia subiectum jam reddidit esse incapax novi baptismi pro susceptio nem prioris; ergo eadem ratio, quævis suam baptismum simul inchoaverit, antequam subiectum esset baptizatum, tamen si in instanti, in quo illud erat perfectum, sentit se prevenitum ab alio, & subiectum inveniit jam baptizatum, non poterit illud perfectè, quia subiectum non est amplius illius perfectionis capax. Ex quo sequitur, solum primo modo validum esse baptismum à pluribus collatum, si nempe duo ita sacramentum baptismi ministrant, ut ambo simul abluendo explant formam; & quævis etiam in eo casu valide conferret, non tamen licet, tum quia per se contra confuetudinem Ecclesie morem baptizant, tum quia periculo iterandi baptismum se exponerent, ac proinde peccarent, & puniri possent; periculum autem est, quia tanta moralis multas in proferendo, & abluendo verba forme cum infusione materie valde difficilis est, nec semper possibilis, sed alter alterum prevenire potest facillime, quo casu iteraretur baptismus, ut supra dictum est.

Quid dicendum sit in tertio casu.

67 Tertio præterea dubitatur, an in tertio casu ab initio articuli proposito baptismus valeat à pluribus collatus, nempe si unus Minister, adhibeat materiam; & alter formam, ille aquam infundendo, & iste verba proferendo; Quidam Antiquiores, quibus consentit Cajetanus 3. p. q. 67. art. 6. talem baptismum valere dixerunt, si forma proferatur ritu Græcorum, baptizetur servus Christi; vel etiam illi forme Latinorum inhærendo dicatur in plurali, Nos te baptizamus.

Ratio est, quia hi duo homines habent, ut supponimus, intentionem baptizandi, & applicarent veram materiam, & veram formam; etgo nihil deesse ad veritatem baptismi; probatur consequentia, quia solum obtare posset, quod ibi non est integer Minister, nisi compositus ex duplici persona, sed hoc impedimentum nullum esse videtur; nam in Matrimonio duo contra-

hentes sunt Ministri unius sacramenti; & in penitentia peuitens est, qui exhibet materiam. Sacerdos vero, qui inducit formam.

Confirmatur, quia hic modus baptizandi interdum esse potest necessarius, ut si infans sit in extrema necessitate, & in mortis periculo constitutus, & tantum ad finem duae personae, quarum altera loqui non possit, nec altera abluere, baptizamus autem est sacramentum maxime necessitatis, ergo in sua institutione etiam huiusmodi ministerium modum debet comprehendere; quia ratione Suarez disp. 23. sect. 3. Fernandez de sacrament. bap. in par. 5. dub. 9. & quidam alii Summissit, licet absolute validitatem huius sacramenti approbare non audeant, ad mittunt tamen, in praefato necessitatis casu posse conferri baptismum tali modo, propter aliquam spem, si forte valeat debet tamen sub conditione iterari, si postea possit, ita etiam Amicus disp. 1. sect. 4.

68 Communis tamen sententia oppositum docet, talem nempe baptismum non valere, ac etiam in casu necessitatis, si conveniant mutus, & mancus non posse puerum baptizare, ita ut mutus laevus, & mancus verba proferat, ita Alensis, Divus Thomas, Divus Bonaventura, & Scotus nosse loc. cit. de secundo lit. E. quod probati b. Doctor, quia adhuc ille esset contra Christi institutionem, qui sic inducit baptismum, ut ab unico Ministro utraq; actio procedat, scilicet abluendi & verba proferendi, ut ex illis verbis colligitur, baptizantes eos in nomine etc. hoc enim ita intellexit, ut idem ipse Minister actum abluitionis exerceat, & verba ipsa proferat. Deinde probat etiam, quia baptismus ille sub nulla forma valeret, non quidem sub forma inter Latinos consuetam, dicendo, ego te baptizo, quia si mancus habeat formam proferat, falsum diceret, cum ipse non baptizet, sed mutus, & consequenter nequit esse co-veniens forma sacramenti. Idem est si diceret, Nos te baptizamus, quia cum ab uno solo baptizetur, propositio etiam falsa est. Nec tandem valeret sub forma Graecorum, quia adhuc sub ea forma sic debet exprimi actus, ut notetur esse ab eo Ministro, qui verba proferat, dictum est quae praed. num. 51. Et Graeca illa oratio non est pura depraecatio, sed efficax optatio, quasi diceretur, per actum istum, qui a me fit, baptizetur ille; ergo mancus formam tantum proferens, & non abluens, veram formam non servaret dicendo, baptizetur servus Christi, quia esset oratio falsa, cum actus abluendi ab ipso non exeat.

69 Respondet Cajetan, quod si verbum baptizare accipiatur, ut idem sonat, quod lavare, utique falsum diceret ille mancus, quia non abluat, sed si accipiatur, ut idem sonat, quod tradere sacramentum, verum diceret, quia esset sensus, ego trado tibi sacramentum baptismi, addunt alii, quod si per verbum baptizare, non denotetur actus abluendi corporalis, sed actus abluendi spiritualiter, nec etiam in hoc sensu esset oratio falsa. Sed hoc solutio non sufficit, quia licet in communi modo loquendi Italico verbum baptizare, significet tradere hoc sacramentum alteri, tamen apud Latinos verbum hoc baptizare, ut assumitur in forma huius sacramenti, minime significat, ergo trado tibi sacramentum baptismi, sed potius, ego te lavo lotione hac, quae est materia baptismi; imo adhuc etiam in priori sensu esset oratio falsa, & forma falsa, quia illam proferens non traderet baptismum Cathedrae meo, sed formam duntaxat recitaret, altero quam ministraret; traditio autem baptismi non est per formam solum, sed etiam per materiam. Nec etiam alia responsio satisfacta, quia forma in hoc sacramento assumpta verificatur eum suo significato humano antecedenter ad significationem spirituales, quae in ea fundatur, igitur abluitione corporalem per se primo significat, quia illa verba proferat, ego te baptizo, & ideo esset oratio falsa, quia mancus ille non abluat corporaliter, in qua lotionem corporali fundatur spiritualis lotio animae.

70 Ad fundamentum oppositae sententiae negatur consequentia cum eius probatione, quia ad veritatem baptismi requiritur integer Minister, ita ut actio lavandi ab eodem procedat, qui proferat verba formae, ut constat ex ipsa Christi institutione; nec valet patris de matrimonio assumpta, quia ob specialem illius sacramenti rationem cum sit mutus contractus inter virum, & feminam, duo contrahentes sunt eisdem sacramenti simul Ministri, & receptores; Et similitur ob specialem iudicii rationem, quam importat penitentiae sacramentum, unus est, qui se accusat, & alius, qui absolvit, in quo adhuc fieri non potest, ut unus peccata audiat, & alter absolvat, sed idem debet esse Minister confessionem audiens, & abolutionem impendens; Ad casum vero necessitatis, qui fingebatur, aliter provideri possit, ut unus, & idem verba proferret, & aquam infunderet, ut etiam Cajetan ipse fatetur, nimirum si mancus ab alio brachii in tegro vas aquae supra caput acciperet, & Cathedrae manibus abstergeret, modica facta capitis inclinatione, vel melius, & facillius firmetur aqua in ore, & inde Cathedrae manibus abstergeret, immediate post, vel ante verba proferendo, vel alio simili modo.

Quid dicendum sit in quarto casu.

71 Quare tandem dubitatur, an validus sit baptismus a pluribus collatus in quarto casu jam posito ab initio articuli, nempe si

plures Cathedrae manibus abluant, & simul hanc formam proferant, Nos baptizamus in nomine etc. in qua quaestione tres sunt opiniones, duae extremae, & una media. Prima sententia extrema absolute affirmat, talem baptismum esse validum, nam ab omnibus Theologis communiter conceditur, posse plures Ministros eodem tempore unum hominem baptizare, si unusquisque aquam infunderet, & dicit, Ego te baptizo in nomine Patris etc. sed quando plures ad baptizandum concurrunt, melius, & convenientius eorum pluralitas exprimitur per hanc formam, Nos te baptizamus, quam per illam, Ego te baptizo, nam per eam non significatur plurium Ministrorum conventus, qui ad unum baptizandum concurrunt, sed potius unius tantum Ministri persona. Confitur, quia haec propositio Nos te baptizamus, aequivalet istis singularibus, ego te baptizo, & ego te baptizo; sed si quilibet Ministrorum diceret in singulari, ego te baptizo, verus esset baptismus; ut supra dictum est in primo casu; ergo quamvis dicitur in numero plurali, nos te baptizamus, adhuc verus esset baptismus; ita tenent plures antiquiores, Marfilus, Ricardus, Maior, Paludanus, Durandus, & Caietanus.

72 Alia sententia extrema, quae communis est, absolute negat, talem baptismum esse validum, nam qui baptizantem dicendo, Nos te baptizamus, sacramentum formam a Christo institutum, ac proinde nullum efficere, fatentur, quod quod mutata forma, quae ad essentiam sacramenti pertinet, ipsum sacramentum perfici non potest, ita Alensis, Divus Thomas, Divus Bonaventura, & Recentiores passim Vaquez, Coninchius, Caspensis, Surianus, Bonacina, Ledesma, & Centinus ex nostris. Tertia tandem sententia media distinguit, & inquit, quod si Ministri dicerent, Nos te baptizamus, habent talem intentionem, ut nullus eorum per se totum baptismum conferat, sed omnes simul, ita ut nullus sine alio baptizet, ita quod forma facti sentis complexivum illi intentioni accommodatum, qua intendunt solum partialiter baptizare, sacramentum nullum est, quia illa intentio est contra significationem, & veritatem formae, nam per eam significat, qui eam proferat, se applicabilem integram, & integram formam, & baptizate independenter ab alio. Si vero Ministri dicerent, Nos te baptizamus, habent intentionem, quod unusquisque eorum per se, & independenter ab alio totum conferat baptismi sacramentum, tanquam si ipse esset solus, ita ut proferant talem formam in sensu copulativo eum recta intentione integre baptizandi, vere baptizant, quia tunc quilibet habet intentionem ad baptismum sufficientem; Nec refert, quod eam explicet numero plurali, quia si aliquis Episcopus ob dignitatem per se dicitur baptizandus, Nos te baptizamus, adhuc verus esse baptismus; Et ita putant conciliari posse sententias extremas, cum enim illa propositio duplicem posse habere sensum jam explicatum, alterum complexivum, & alterum copulativum; affirmativa sententia loquitur in sensu copulativo, negativa vero in sensu tantum complexivo; ita Suarez, & Averfa, & alii Recentiores, & Aretinus ex nostris disp. 6. quaest. 2. art. 3.

73 Scotus de hoc puncto non loquitur; verum tamen iuxta eius doctrinam, & veritatem, sententiam negativam absolute tenendam censet; ita quod si duo baptizarent dicerent, Nos te baptizamus, neque in sensu complexivo, neque in sensu copulativo sacramentum efficere, quia in utroque sensu daretur in forma variatio essentialis; nam forma baptizandi ex suo modo significandi significat baptismum ab uno Ministro causatum, cum sic haez, ego te baptizo, & consequenter significat ab illo causari adaequate, & independenter ab alio; at haez forma, nos te baptizamus, licet significet, me baptizare, significat tamen, me baptizare cum alio, & inadaequate; ergo habet modum essentialiter diversam ab eo, qui fuit institutus a Christo; Nec sufficit dicere, argumentum valere, si talis forma proferatur, & intendatur in sensu complexivo, non autem copulativo, Nam quando uterque dicit nos, significatur tunc per eam particularem pluralis numeri, quod ab utroque complexivum administratur baptismum, & sic a quolibet partialiter non tota taliter; ac etiam in sensu copulativo indicatur, quod unus baptizatur cum alio, & dependenter ab eo; ergo in neutro sensu efficitur sacramentum. Nec dicas, parum refert, quod uterque baptizantium formam explicet in numero plurali, quia loqueretur in eo sensu, quo Episcopus dicitur baptizandus, Nos te baptizamus, sic enim illa particula, est in plurali prolata, numerum significat singularem, cum unus solus baptizet. Ne inquam, id dicas, gratis enim concedimus, propositionem illam posse ab uno solo proferri baptizante, ob dignitatem personae, quam sustinet, ut solent primates, & magnates dicere. Nos volumus, nos dicimus; in hoc autem sensu non agitur haez quaestio, sed in sensu proprio, quod particula nos significet numerum pluralem, & conventum plurium ad unum, & eundem baptizandum; ex quo patet, mediam sententiam futili nixam esse fundamentum.

74 Ad fundamentum vero affirmativae sententiae facile occurrunt, gratis enim concedimus, verum esse baptismum a pluribus collatum, dicente uno quoque, ego te baptizo, quia per hanc formam non conventus plurium; sed unusquisque, ut integer Minister designatur,

gnatur, & totalis, ac ab alio independens, at dicendo, nos baptizamus, ex vi propositionis indicatur sensus complexivus, vel plurium copulativus, indicans, utrumque partialiter ad baptismum concurrere, quod est contra eius institutionem; quia ratione diximus etiam in primo casu, quod si plures eundem baptizarent unoquoque dicente ego te baptizo, probabilis esse singularis illorum esse causam integram, & totalem sacramenti, quia in causis moralibus, & instrumentalibus non repugnat dari plures causas totales eiusdem effectus, actio namque & effectus non multiplicatur ex pluribus causis instrumentalibus, etiam si essent causae totales, sed ex principali.

Ad Confirm. negatur maior, nam sicut dicit Peisicanus illud pronomen, Nos, non geminat singulare suum, ut dicitur, ego & ego sed ego, & tu, vel ego, & ille, & ideo haez propositio, Nos te baptizamus, non resolvitur in ille duas, Ego baptizo, & Ego baptizo, sed in has, ego baptizo, & ille baptizat, etc. & ideo si dicitur, Nos baptizamus, aliquid dicitur, quo forma variatur, & quidem essentialiter, ut supra dictum est.

75 Dices, si duo Iudices in aliqua causa delegati aqua lance iudicium ferent, optime dicerent, Nos decernimus, aut statuimus, imo melius, quam si alter ab altero se iudicium diceret, ego decerno ego statuo; ergo idem dici potest in hoc sacramento.

Negatur paritas, quia duo Iudices, si ut duo iudicant, recte dicunt, Nos decernimus, quia potestas in solidum est eis collata, alioquin non recte iudicant, nam in eo casu est in utriusque potestate si malis, & coniunctum illa verba proferre ex delegatione; in administratione vero baptismi nulli cum alio haez baptizandi potestas in solidum collata est, sed unicuique Ministro totaliter, & independenter ab alio; Unde si plures unum baptizarent cum tota forma, & materia a singulari applicata, & unus ita se haberet, ut non inrederet facere, nisi alii faceret, & dependenter ab eis, ipse nihil faceret, nec sacramentum, nec eius effectum, neque alii eodem modo intendant, sed ille solum, qui intendere ab alio, & independenter ab alio sacramentum conficeret, & ratio est, quia sacramentum dependet essentialiter a materia, & forma, & intentione absoluta Ministri, nequillud exterum expectat, quo compleatur, & ideo qui eum ea conditione, & dependencia ab alio baptizaret, nihil faceret.

ARTICULUS SECUNDUS.

Alter pars quaestiones deciditur.

76 Altera pars quaestiones erat, an contra unus Minister possit valide simul, & semel plures baptizare hac forma Ego vos baptizo, cuius quae sito respondet Doct. disp. 6. quaest. 3. de tertio membro, posse ab eo; difficultate fieri, ut e converso unus Minister simul baptizaret plures effundendo in illos aquam, & dicendo, Ego vos baptizo, non enim est contra baptismi institutionem, plures simul baptizari ab uno, imo fundari videtur in illis verbis, Baptizantes eos etc. & ita credibile est, ut Doctor supra dixerat, Apostolus tria milia hominum baptizasse in die Pentecostes, ut habetur Actuum 2. unde inquit, quod in casu necessitatis, quod singulos infligant baptizando aliqui periclitantur, non solum esset validum, sed etiam iustum; extra vero casum necessitatis, quamvis esset validum, tamen esset illicitum, & grave peccatum, quia esset contra ritum Ecclesiae in re gravi.

77 Querit vero Doctor, an in tali casu esset unus baptismus, vel plures per numero eorum, qui baptizantur, & ratio dubitandi est, quia non est nisi unica forma, nam verba tantum sunt semel, & ab uno prolata; Et resolvitur, esse plura baptismata, & sacramenta per numero eorum, qui baptizantur, & ratio est, quia plures sunt baptizati, & per consequens plures baptismationes passivae, atque ideo plures baptismi, quia sacramentum baptismi praesertim in baptizzazione passiva consistit; Ad rationem vero in oppositum dicit, quod non oportet, ad plurificationem alicuius, omnia quae sunt in illo pluralitari, sed sufficit, aliquod pluralitari ad hoc, quod totum pluralificetur, & illa etiam forma non est simpliciter una, quia vos includit singulare pluries geminatum, unde forma, sed verborum prolatio efficit saltem virtualiter, seu aequivalenter multiplex, quia diceretur, ego baptizo te Petre, baptizo te Pule, & sic de singulis; Et tandem plures sunt effectus, nempe distincti in singulis, qui baptizantur, gratia, scilicet, & character, quare vis quoque significativa, & causativa talis effectus se habet, ut multiplex, quam doctrinam communem caliculus amplectuntur Recentiores passim Vaquez, Huradus, Coninchius, Averfa, Bonacina, Surianus Baldius, Caspensis, & alii passim.

78 Sed hic occurrit non levis difficultas, quia in isto casu accedere potest, expleta pronuntiatione formae a Ministro ob distantiam alicuius ex baptizandis aquam ad eum pertingente, quo supposito non esset baptizatus, cum non simul cum forma materiam reciperet, Pro cuius difficultatis intelligentia, & solutione recurrit oportet ad solutionem illius quaestio, an Minister tam simulata debet cum applicatione materiae formam proferre, ut unam prius altera explere nequeat, de quo agit Doct. 4. d. 6. q. 3. ubi reiecit.

sententia Gl. c. De trabe causa 1. q. 1. quae in sacramento baptismi requirebat non tantum physicam, sed etiam mathematicam simulatam inter ultimam formae prolationem, & materiam, inquit sufficere simulatam inter aliquam partem prolationis formae, & materiam, ut vel incipiat forma, antequam definit materia, vel contra incipiat materia, antequam absolvat forma, nec illa mathematica ultimi instantis prolationis verborum, & abluitionis esse necessarium, quia Apostoli baptizantes tria hominum milia in die Pentecostes Act. 2. non semper cum ultima syllaba formae asperferunt, ita quod tunc aqua tergerit Cathedrae manibus; Unde concludit Doctor inter applicationem materiae, & prolationem formae talem simulatam requiri, qualis requiritur in actibus humanis, noluit enim Christus nos obligare ad tam subtilem simulatam, quam vix posset homo percipere, vel servare; ex quo patet, quid sit dicendum ad proposita difficultatem.

79 Verum haec Scoti sententia de simulata requisita inter materiam, & formam sacramentorum reprehenditur, ut adhuc nimis rigorosa a Suarez 3. par. tom. 3. disp. 2. sect. 2. & Vaquez 3. part. disp. 143. cap. 7. quia impossibile est, Apostolos in illa die Pentecostes saltem moraliter ita tot hominum milia baptizasse, quin forma esset completa, ante inchoationem abluitionis, haez ante inchoationem formae. Deinde quia sacramentum penitentiae penitus contrarium demonstrat, non potest enim dari ab absolute, nisi confessione transacta. Tandem, quia actiones morales sacramentorum non egent tanta metaphysica simulata materia, & formam, ac tollendos scrupulos de eorum veritate, qui frequenter accidunt; Quare concludunt, hanc simulatam inter materiam, & formam sacramentorum non debere esse physicam, ut Scotus velle videtur, sed morale, & talem, ut si etiam aliqua inter rem, & verbum sacramenti interponatur motus, ita ut etiam altero explorato inchoetur illud, veritas adhuc perseveret sacramenti; quod declatant exemplo de eo, qui dicit, in bibo, & ita in bibo, & de eo, qui dicit, in osculo Crucem, & protinus osculatur, qui dicitur simul dicere, & facere, etiam illi duo actu loquendi, & bibendi nequeat simul exerceri in eodem tempore, vel instanti, illa enim censetur simulata saltem moralis, licet non sit physica.

80 Circa Scoti mentem in hoc puncto Scotus non conveniunt, quidam enim verba Doctoris accipiunt in eodem rigore, quo a praefatis Recentioribus intelliguntur, ita Centinus disp. 6. cap. 4. ubi ait, simulatam inter rem, & verba ad valorem sacramenti necessarium talem esse debere, ut unum incipiat, ante quod totaliter alud perficiatur, sive verbum ante explicationem abluitionis, sive alud ante explicationem totalem verborum; Ita etiam Act. disp. 6. quaest. 3. quia Scotus dicit, tunc iudicium simulatam inter factum hominis, & illius verbum, quando incipit unum, antequam totaliter finiat alud, verbi gratia, si quis hanc orationem proferat, facis hoc, & fricet barbam, tamen utriusque unum ante prolationem, sive e converso, dum in finem unum non finiat complete ante incipit, nempe alterius, dicitur, ille simul dicit hoc, & facit hoc; Unde subdit non valere exempla allata a Recentioribus, quia in eis non potest esse major simulata, non enim dum quis dicit, in bibo, bibere potest, quia illi duo actus non possunt esse simul in eodem instanti, & ideo illa simulata satis est, ut dicitur simul dicere, & facere, est prius dicat, quam faciat; at in proposito nostro actus prolationis verborum, & ipsa actualis abluio possunt esse simul per eodem tempore, atque adeo non erit verum dicere, quod sint simul, si prolatio verborum fit finita ante abluitionem, vel e converso. Ita tandem Brancatus disp. 1. art. 6. num. 75. ubi ait, simulatam requisitam inter materiam, & formam baptismi talem esse debere, ut saltem quando applicatur una non sit totaliter explere altera, & e converso, ita ut in aliquo tempore saltem pars unius simul exeat, & parte alterius, quod probat, quia materia, & forma baptismi sunt fundamentum significationis, ergo aliquo modo debent esse simul, & coexistere, nam si alter declararet eorum simulata, sed successivo, vel committantia, quia una alteri succederet, seu illam committant.

81 Confirmatur, quia nisi talis simulata, & coexistentia dicitur necessaria, sequitur, formam esse falsam, quia nisi coexistat ab luio parti saltem formae, sed vel ante, vel post, falsum diceret Minister, se baptizare, quia vel baptizasset, vel esset baptizatus; ergo simulata coexistentia requiritur.

Ceterum jam diximus disp. praec. q. 3. num. 108. perperam ex hoc loco deduci, quod Scotus inter materiam, & formam sacramentorum simulatam physicam temporis requisitae, cum potius expressit oppositum doceret, nempe inter materiam, & formam sacramentorum non requiri simulatam illam physicam rigorosam, sed talem, qualis in actibus humanis reperiri solet, quae est simulata moralis, & rationem reddit, quia noluit Christus nos obligare ad tam subtilem simulatam; Et haez idem hic sentit Hieronymus, quod etiam confirmat ex eo, quod Doctor antea docuerat d. 3. q. de secunda variatione, vers. de interpositione, etc. ubi inquit Doct. sufficere ad confirmationem verborum formae in actione veri signi continuitatem, requiritam ad actus humanos, unde si aliquis dices, Baptizo te, interponat hoc verbum, taceat, vel recedat, & prosequatur formam in senibus, donec absolvit, non impeditur continuitas eius ad sensum.

sacramentalis requiritur; sed non maior, subdit Hiquies, requiritur propinquitas formæ ad materiam, ut fiat totū signū sacramentalis, quā unius partis formæ ad aliam, ut similitur servetur sensus sacramentalis; sed hæc non est physica, sed moralis, & humano modo considerata; alia est synopsans aut singulians, aut suspiciens potest valde proferre formam per suspiciam, vel occitiam ad modicū interruptā, quod est falsum, ergo etiam similis unio, & contentio inter formā, & materiam sufficiunt de mente Doctoris; Et quavis Doctor hanc similitudinem materię, & formę in sacramento baptismi in aliquo modo physice explicat; id tamen non tanquā necessariū ad sacramenti validitatem, sed tantū ad meliū esse intelligit; & ad majorem certitudinem, scrupulosq; tollendos, ut jam dixi loc. cit. Unde Scotus ad excludendam Glossatoris opinionem dicit, quod est valde notandū, sufficere ad similitudinem, ut una actio incipiat, antequam terminetur alia; non verō dicit, hoc esse omnino necessarium, & per se requisitū; nam ratio prius ab ipso adducta docet sufficere propinquitatem moralem, & humanam, per quam materia, & forma ad idem referantur per modū unius signi. Et de niquipugnando lit. B. Glossator afferit historiam Act. 2. quod Apostoli baptizantes tria millia eodem die non semper cum ultima syllaba formæ aspererunt, ita quod tunc aqua tetigerit baptismum, &c. at in hoc casu asperio potuit prævenire formam, aut subsequi; unde mirū est, quomodo Suarez ex hac Apostolorum historia ab ipso Scoto prius adducta deducat, inter abluionem, & verborū prolationem sufficere moralem similitudinem, & velit, Doctorem physicam similitudinem necessariō exigere ex eodē motivo.

Quare, ut inquit Hiquies, melius Dominicus Soto mentem Doctoris intellexit, quem & ipse sequitur d. 3. quest. un. art. 3. non requiri necessariō physicam similitudinem, sed sufficere continuationem moralem juxta naturam cujuscumque actionis, & modum enunciandi formę, & sufficere illam similitudinem inter abluionem, & verba, quia humano more aliqua dicuntur, simul esse facta; unde inquit, quod quisvis verba essent omnino finita, si protinus ablueretur puer, verē esse baptizatus; quia tunc humano more verba, & abluio dicerentur esse simul, sicut quā ando quis vas ori ad movens dicit, en bibo, & continuo bibit, censetur, id simul dicere, & facere, quavis verba sint jam finita, quando bibit, & immēdit hoc exemplum carpū ad Centino, quia qui dicit non bibere, fed velle bibere; Hoc enim totum verū dicitur, si quidem more humano loquendo, & moraliter ille censetur, simul id dicere, & facere; planē simile exemplum facio hoc, & fricet barbā, sive incipiat actum suū ante probationem, sive e converso dicitur ille, simul hoc dixisse, & fecisse, quod utique non est intelligendum physicē, sed moraliter, & humano modo. Nec refert disparitas ab Artino allata, quod illi duo actus dicendi, & bibendi non possunt esse simul pro eodem instanti, & idē illa similtas satis est ut dicatur ille simul dicere, & facere, estō prius dicat, quā faciat; in proposito actus prolationis verborū, & ipsa abluio possunt esse simul pro eodem tempore, atque ad eodē verum dicitur, quod sint simul, si prolationis verborum sint finita ante abluionem, vel e converso, si prolationis verborum sint finita ante abluionem, & ipsa abluio possunt esse simul pro eodem tempore; tamen, ut inquit Doctor, noluit Christus nos obligare ad tam rigorosam, & physicam similitudinem; Quare licet in hac materia omnis diligentia sit adhibenda, ut debite sacramentum exerceatur, tamē ad submovendos scrupulos, & pericula, quæ de valore sacramenti possent oriri, si similtas physica, & rigorosa esset necessaria, præstat dicere cum communis, quod sufficit moralis similtas jam explicata; quod nimirum quavis verba essent omnino finita, si immediate post abluionem puer, vel e converso, verē esse baptizatus. Quod appositē dico, ad evitandas quorundam summistarū venias, qui disquirentes, quanta possit intercedere morula inter verborum prolationem, & materię applicationem, dicunt, eam admitteri posse, in qua oratio Dominica recitari solet, ita inter alios Fernandez d. 1. de sacra. in genere tract. 6. dub. 2. quam opinionem, ut nimis latam etiam Dianā ipse reprehendit tract. 4. de sacra. resol. 6.

Neque urgent rationes in oppositū à Brancato allatæ, gratias enim concedimus materiam, & formam baptismi aliquo modo debere simul esse, & coexistere; negamus tamen, hanc similitudinem, & coexistentiam semper, & necessariō debere esse physicam, & pro eodem tempore sufficere enim immediatā successio unius ad aliud, nimirum abluionis ad prolationem verborum, vel e contra; hæc enim immediatā successio unius ad aliud, licet non sit physica ambaram coexistentia, censetur tamen humano modo coexistentia moralis ut patet in exemplis allatis.

Ad Confirmationem negatur consequentia, quod esse falsā formam, nisi pars saltem unius physice coexistet parti alterius; etenim ad formā verificandā sufficit immediatā successio unius ad aliud sine notabili mora interposita, data enim illa immediatā successio prolationis verborū ad abluionem, vel e converso, verē dicitur ille humano modo loquendo simul dicere, & facere, ut constat ex ipso exemplo à Doctore allato. Urgebis dictum Augustini, accedit

verbum ad elementum, & sic sacramentum, ergo aliqua coniunctio ac similtas intercedere debet inter utrumque, & non sufficit successio unius ad aliud, non quæcumque; sed immediatā, & hanc dici posse similitudinem, & coexistentiam amborum factū moralem. 84 Sed urgebis adhuc, nulla oratio verificatur, nisi eius significatum ponatur in tempore significato, sed tempus significatum per orationem, quæ est forma sacramenti, non extenditur extrā tempus præsens prolationis verborum, ergo intrā tempus prolationis verborum oportet, significatum orationis verificari. Confirmatur, quia nisi tempus præsens significatum terminaretur simul cum prolatione verborum, nulla esset certitudo, quantum hoc tempus præsens durare deberet, unde posset quis semel dicto, ego vos baptizo, per integrum diem effundere aquam super singulos baptizandos.

Respondeo, hæc argumenta pariter concludere etiam contra modum similtatis, ut tutorem à Doctore assignatum, ut nempe sit talis, quod quando applicatur materia, non fit totaliter expleta forma, & e contra, ita ut aliquo tempore saltem pars unius simul existat cum parte alterius; etenim si in fine abluionis Minister incipiat formam, ita quod sola verba ego te, coexistant fini abluionis, & immediatē post finitam abluionem sequatur verbum, baptizo, non verificabitur oratio, quia jam terminata est abluio; ita pariter si in fine prolationis verborum, Minister incipiat abluere, ita quod prima pars abluionis coexistat ultimæ parti prolationis tunc posset deinde per integrum diem aquam effundere super singulos baptizandos; Quare ad argumentum negandā est minor, nimirum tempus præsens per orationem significatum, quæ est sacramenti, non se extendere extrā tempus prolationis verborum; cum enim verba ad significandas actiones, & passiones more humano exercendas sint imposita, non sunt adeo rigore accipiendæ, ut per tempus præsens solum illud intelligatur, in quo immediate res significatæ coexistit; sed habet latitudinem, ut per tempus præsens non solum illud intelligatur, quod existit nunc, sed quod vel immediate, aut paulo post succedit, vel quod immediate, aut paulo antè præcessit ut patet in exemplis allatis; unde cum dico, sileo, & immediate post tacem, verum dico, etiam si terminus per verbum significatus, nempe silentium non ponatur intrā tempus præsens significatum, sed in tempore immediate sequenti.

Ad Confirmationem conceditur, nullam haberi posse physicam certitudinem de latitudine temporis, & more post verborum prolationem; potest tamen haberi certitudo quedam moralis, quæ est natura actionis, negotiorum, interruptio, aliarumque circumstantiarum iudicanda est; Quæ de causis etiam Auctores docentes, ad validitatem huius sacramenti sufficere moralem similitudinem materię, & formę, concludunt ad maiorem certitudinem, scrupulosq; tollendos, optimum esse consilium, & in praxi servandum esse modum similtatis à Scoto assignatum ut tutorem, ut nempe interveniat physica similtas saltem inter aliquam partem prolationis formę, & materię, ut vel incipiat materia, antequam desinat materia, vel e contra incipiat materia, antequam absolvatur forma.

QUESTIO QUARTA.

An liceat infidelium infantes in vitis parentibus baptizare.

85 A necquam ad resolutionem propositæ questionis devenimus, ad advertendum est, nomine infidelium hic intelligi solent non baptizatos, non autem Hæreticos, & A postatas, qui à fide defecerunt: cum enim isti adhuc in sua apostasia maneat Ecclesiæ subiecti, sicut ipsi ad fidem servandam cogi possunt, ita et eorum filii, ipsi enim tenentibus, si quidem ratione parentum quoad spirituale salutem manent semper Ecclesiæ subiecti. Porro huiusmodi infideles, vel sunt subditi Principibus Christianis, vel non; si eis non sunt subditi, ad civilem potestatem, ferè omnes conveniunt, non licet eorum infantes contra eorum voluntatem baptizari, & hoc concedit Scotus 4. d. 4. q. 9. ubi ab initio questionis alterationem quandam Riccardi concludere de personis privata quæcumque; quod non possit parvulus in vitis parentibus baptizari, non tamen concludit de Principibus, cui in regimine Reipublice tales sunt subditi, quibus verbis innuit Doct. suam sententiam inferius explicandam intelligere tantum de filiis infidelium, qui subditi sunt Principibus Christianis. De quibus rursum est distinguendum, vel enim subduntur potestati Principi Christianorum, tamen quæcumque, vel tanquam servis, & emptiis, sicut mercipia; & si hoc secundo modo sunt subiecti, passim etiam conveniunt, eorum filios licet posse ipsi in vitis parentibus, quod constat ex continua praxi; filii namque Turcarum, & Maurorum, qui iusto bello capti sunt Christianorum, contra parentum voluntatem baptizantur à Dominis, & ratio est, quia iuste potest Dominus filios servi vendere, eoque ab eis potest abstrahere; ergo abque periculo apostatandi illos baptizare potest.

86 Est ergo sola controversia de filiis infidelium Christianis Prin-

Principibus civiliter subiectorum, an licet in vitis parentibus baptizari possint; & controversia est de posse licito, id est, an licitè fiat, si baptizentur, non autem de posse valido, quia etiam omnes concedunt, quod si baptizentur in vitis parentibus, ad hoc essent valide baptizati; quia infantes huiusmodi capaces sunt baptismi, & possunt esse applicari omnia ad eius valorem requisita, nempe materia, & forma cum debita intentione; facta igitur tali applicatione essent valide baptizati, non enim aliud ad baptismi validitatem requiritur, siquidem non requiritur proprius consensus, quia non est possibilis in ea ætate; neque parentum, vel aliorum, quia in his quæ ad justificationem spectant, voluntas parentum non censetur voluntas filii; unde in tali casu sufficeret fides Ecclesiæ, quæ administrat Sacram. quo mediante infans sibi incorporat, & emanet igitur sola questio, an licitè in tali casu infidelium infantes baptizari possint contra eorum voluntatem; Negat D. Thom. 2. 2. q. 10. art. 2. & 3. p. 4. q. 68. art. 10. cum suis sectatoribus, & est communis Recentiorum sententia, ita Suarez, Vasq. Amic. Averla. Caspensis, Surianus, Baldius, Coninch. & Summius passim; quia hoc non esset sine parentum iniuria; & hoc esset contra naturam jus, quod parentibus habent in propriis filiis. Affirmat verò Scot. 4. d. 4. q. 9. quibusdam cautelis adhibitis infra declarandis, & sequuntur Recentiores Faber, Poncius, Hiquies, Centinus, Biancatus, Aretius, & alii Nostrates passim.

ARTICULUS PRIMUS.

Affirmativa sententia statuitur.

87 A ffirmativam sententiam licet probabiliorē, ac magis piā docet Scot. loc. cit. nimirum licet esse Principes Christianos infidelium infantes esse subditos baptizare ipsi in vitis, si præcaverit potest, ne occidantur à parentibus, non baptizentur, & sit aliqua certitudo, quod tales infantes sint religiose educandi; quibus cautelis adhibitis eandem sententiam amplecti videntur licet præferantur à Scoto dissentire quamplures Recentiores, & præsertim Vasq. d. 1. 55. c. 3. n. 29. & Surianus lib. 3. de baptismo c. 13 ubi dicit, licet baptizari possit infidelium infantes ipsi in vitis, & contradicentibus, quando iure vel facto ita à cura parentum ex trahantur, ut nulla spes remaneat, quia eorum potestatis, & gubernationis subiacentur, ne irrevocantur eidem accidat ab apostata, pro qua sententia Surianus citat non tantum Vasq. loc. cit. sed etiam Catherinum, Soto, Caietan. Paludan. Victoriam, Durandum, & Henricum; Sed his quoque cautelis adhibitis affert Scotus sententia affirmativam non aliter, nec alio modo, nimirum, si præcaverit potest, ne parentibus occidantur, & religiose educentur, ne irrevocantur accidat fidei ab apostata; quare velint, nolint, Recentiores isti, & alii loquentes in Scoti sententiam relabuntur.

88 Hæc verò sententiam sic explicatam probat Doct. quia nulla fit iniuria parentibus, si ipsi in vitis auctoritate Principum quibus sunt subditi, baptizent eorum filios, nam quis parentis dominium super filios suos habeat, nihilominus maius dominium habet Deus; cum ergo Deus velit parvulos baptizari, quia vult omnes homines salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, & Apostoli præcepit, Euntes docete omnes gentes, & baptizantes eos, &c. nulla fit iniuria parentibus, si eorum eorum voluntatem baptizentur, atque; idē licet ex hoc capite fieri potest.

Confirmatur, quia quādo dominia sunt subditi nata parentum est dominio superioris contempto præcepto inferioris si illi contradicunt; quod fusc probat Doctor ex doctrina August. cum ergo Deus qui est Dominus universalis secundum legem naturalem, & evangelicam, omnium parvulorum, præcipiat eos per baptismum sibi consecrari, quavis Pater infidelis, qui est Dominus particularis, velit oppositum, Princeps, qui est Minister iustitiæ, & habet potestatem coactivam respectu subditorum ad defensionem innocentis, quia gladium Dei portat, poterit illos à parentibus auferre, & Deo consecrare per baptismum. Denique si Principes Christiani non possent infidelium infantes esse in vitis baptizare, hoc idē debet esse, quia parentes habent ius naturæ, ut prohibent baptismum filiorum suorum, quo non debent, nec possunt privati fine iniustitiae; sed parentes non habent tale jus in filios, quia jus naturale non est contrarium iuri divino, nec eius impeditivum, siquidem gratia naturam non destruit, sed perficit; & parentes tenentur iure divino suos parvulos baptizare, & permittit, ut à fidelibus baptizentur, & consequenter non habent jus naturæ ad eorum baptismum prohibendum; ergo Principes Christiani possunt infidelium infantes iuste, & licite baptizare contra eorum voluntatem; hoc est unicuique Scoti fundamentum, cui conatur Adversarii multipliciter occurrere, quorum solutiones ad amicum singulis hic referre placeat, & recite.

89 Primò respondet Caietanus cum ceteris Thomistis, voluntatem divinam adimplendam esse, servato ordine naturæ, & iure naturali; unde quia est contra jus naturæ auferre filium à Patre, idē infantes infidelium ipsi in vitis licet baptizari non possunt, quæ

vis sit voluntas divina, quod baptizentur; Sed falsitas huius solutionis patet ex modo dictis, nempe ex subordinatione iuris parentum in filios ad jus, quod habet in ipsos Deos, contra quod nec iuste, nec licitè fit usus dominii inferioris, unde Pater non habet jus nutriendi filium contra jus divinum.

Confirmatur, quia id non solum in præiudicium iuris divini retulit, sed etiam ipsius filii, cui Pater non solum ex præcepto divino, sed etiam naturali, non secus ac de alimentis, tenetur providere de remedio ad salutem necessarium; cum ergo Princeps potestatem habeat coactivam ad defensionem innocentis, alioquin non rectè consisteret politia inter homines à Deo constituta, iuste, & licitè potest parentibus infantes eripere, ne morte spirituali perant sine baptismis, quia nullum est jus parentis in filium in præiudicium salutis ejus, & fidei ac institutionis divine. Tandem non obstanter iure naturæ, quod habent parentes in filios, si velint ipsos occidere, potest, & debet Princeps eos liberare à manibus eorum, ne occidantur, si ergo potest occisione manifeste vindicare quantum ad vitam corporalem, poterit à fortiori vitam ejus spirituale defendere, quia hæc potest.

90 Secundò respondet Vasq. loc. cit. cum aliis, quod licet defendatur infans, & separatur à parentibus, quādo iniusta vis ipsi infanti in rebus debitis iure naturæ, eo quod defensione hoc locum habeat solium contra vim, & fraude naturæ manifeste repugnant; Parentes autē infideles non permittunt suos filios baptizari non inferunt eis talem injuriam, neq; abutuntur patria potestate propter contra legem naturæ, sed contra legem fidei, & contra pietatem non lumine naturali cognitam, sed solo lumine fidei notam.

Sed neq; hæc solutio subsistit, quia jus naturale contra legē fidei non obligat, quicquid enim iure naturali conceditur, in Decalogo continetur, & ad præcepta virtutum reducit, quæ omnia lege fidei confirmantur, ergo pietas, in qua fundatur omne jus parentis in filium ratione propagationis, non obligat contra finem ipsius, qui est cultus Dei, & recta proles educatio ad salutem ordinatā; atque idē nullum ius concedit parenti in filium contra debitum pietatis, quæ tenetur filio, saltem non tantum corporis procurare, & etiam animæ, quæ per baptismum acquiritur; Quamvis autem hæc præcepta parentibus non sint nota lumine naturali, iis tamen sufficienter propostis tenentur amplecti illa, nec amplius de ignorantia præterdende possunt, aut illud Luca 12. famulus cognoscens voluntatem Domini sui, & non faciens eam vapulabit multis, & Matt. ult. Docete omnes gentes, &c. qui non crediderit, condemnabitur, sed in infideles sub Principe Christiano, & inter Christianos degentes ignorantiam fidei, & Baptismi præterdende nequeunt, ut praxis docet, coguntur namque in pluribus locis verbis Dei audire, & mysterium ac necessitatem baptismi intueri patet de Judæis Romæ degentibus; ergo tales tenentur præcepto naturali filio providere de baptismo, & consequenter nullum ius habent educandi filium contra præceptum fidei in pernicium, & damnationem eius.

91 Tertio Respondet Suarez 3. p. tom. 3. disp. 25. sect. 3. & cum eo Amicus disp. 11. de baptismo sect. 7. Principes temporales non habere auctoritatem corrigendi, & moderandi ea, quæ sunt supernaturalia, sed solum ea, quæ pertinent ad naturalem iustitiam, & honestatem, potestas enim politica est ab hominibus proxime, ac idē de se, & directe non potest ea excedere, quæ sunt luminis naturalis lex baptismi, & eius observatio supernaturalis est, & idē ad secularium potestatem non pertinet cogere ad eius observationem, unde si licet baptizare filios infidelium in vitis parentibus, hoc ad summum pertinet ad potestatem spirituale Ecclesiæ, quæ immediate data est à Deo. Sed neque hæc solutio satisfaciens, quia Princeps secularis potestatem habet puniendi, & corrigendi parentes infideles, si in aliis virtutibus male educant filios contra legem naturalem; ergo habet quoque potestatem corrigendi errorem in Religione, qui in publicum detrimentum redundat, cum nihil magis sit de lege naturali, quàm cultus Dei verus, nihilque magis conducit ad pacem publicam, & Reipublice profectum; & quavis Princeps secularis potestatem directam non habeat in ordine ad spiritualia, habet tamen indirectam, quando error in detrimentum communis utilitatis vergit; & idē cum hoc rectum, & iustum iudicium est à potestate spirituali, potest Princeps temporalis executioni hoc mandare, ut minister potestatis spiritualis, quia ut dicebamus, etiam ipse gladium Dei portat, & saltem ad Ecclesiam, & eius spirituale profectum pertinet procurare, ut infantes infidelium baptizentur.

92 Quarto Respondet Amicus loc. cit. pertinere ad Ecclesiam procurare, ut infideles, eorumque infantes baptizentur, sed modo à Christo præscripto, lex autem Christi est, ut omnes tamen adulti, quàm non adulti baptizentur; sed liberè, vel propria libertate, ut adulti, vel dependentes à libertate parentum, ut infantes, ut servetur naturalis ordo à Christo præscriptus. Sed quavis hoc totum sit verum de adultis, hæc tamen ratio cessat omnino in parvulis, qui liberati usi carent; ergo ex religione licet potest in parvulis, qui indirene tales in infidelitate ceterant, cum Deus libertatem parvuli non exigit; Et frustra recurritur ad libertatem parentum, quia ut idem Amicus, sect. illa 7. ab initio arguit contra Durandum,

Paludatum, & alios, falsum est, & convenientia baptis-
mi parvulorum pendere a voluntate parentum, vel eorum, quorum curam
commisit, sunt enim nullum huius rei possit sufficiens assignari funda-
mentum; vel enim esset ex propria institutione huius sacramenti:
& hoc non enim sit factum parvulis ad salutem summam ne-
cessarium debuit ab omni extrinseco parentum consensu esse indepen-
dens, ne defectu talis consensus sepe frustraretur infantis salus. Vel
esset ex aliqua Ecclesie auctoritate, & hoc non, quia nulla talis assi-
gnari potest; Vel colligetur ex praxi Ecclesie, & hoc potius est in
contrarium, quia nunquam consuevit rebaptizare infantes contra vo-
luntatem parentum baptizatos. Vel tandem ex paritate consensus, qui in
adultis requiritur. Et neque, ex hoc colligi potest, quia cum adulti
sint sui iuris in ordine ad salutem aeternam, quam Deus non decrevit
adultis dare, nisi liberè cooperantibus necessario ad eorum baptis-
mum proprius requiritur ipsorum consensus, Infantes vero, cum non
sint sui iuris, in ordine ad eam, quae ad aeternam eorum salutem spe-
ctat, debentur utique ab alicuius voluntate pendere; sed haec non
necessario debet esse parentum, quia in his, quae ad justificationem spe-
ctant, voluntas parentum non censetur voluntas filii, nisi in iure ci-
vili ad aliquos effectus civiles à voluntate Reipub. pendentes; sed
sufficit vel Ecclesie voluntas ut supra dictum est; vel voluntas uni-
versalis Christi, quae statuitur à quocunque baptisimus huiusmodi
parvulis conferatur, cum intentione faciendi, quod ipse fecit, &
statuit, illis profectus ad salutem; etenim sicut sola Adami voluntas
sufficiens fuit, ut omnes ab eo descendentes generarentur peccatores,
ita sola voluntas Christi sufficiens fuit, ut omnes regenerarentur
iusti, cum non minus effectus Christi meritis ad iustificandum, quàm
quàm Adami demeritis ad damnandum bene dicitur 2. Cor. loc. cit.

93 Quinto Respondent alii, non esse contra ius patrum baptis-
mum infans ipso invito, sed esse contra ius patrum separationem
infantis ab eo, quae tamen necessaria foret ad evitandum Apo-
stasiae periculum, cum ad usum rationis pervenerit. Sed in primis
falsum est, talem separationem infantis esse necessariam ad evitan-
dam apostasiae periculum, nam ab hoc, ulla separatio infantis posset
et providet etiam apud parentes relicto, donec usum rationis attin-
gat, & tunc absque iniuria talis separatio fieri potest, quia tunc
eis non subest in his, quae ad salutem spectant: Deinde, ut arguit
Hiquens 4. 4. q. 9. non est contra ius patrum infantem eis invi-
tis baptizare, minus erit contra idem infantem baptizatum se-
parato, si statim sit necessaria talis separatio, ut v.g. ad evitandam in-
fantis occisionem, vel aliud malum, quia suscepto baptismo jam
transit in sui Ecclesie, & praevalet valor fidei, & sacramenti: Con-
sequenter patet, quia accessorium sequitur naturam principalis; &
ergo si iure sit baptisimus infans parentibus invitis, idem quoque
de separatione dicendum erit, cum ratione baptisimi novus acqui-
ratur titulus infans, & Ecclesie contra parentes.

94 Sexto tandem Respondent alii, quod etiam concedatur, hoc
fieri posse absque parentum iniuria, adhuc tamen licite non
fieri, quia dato quoque casu, & servatis omnibus cautelis etiam à
Scoto assignatis, adhuc tamen sine aliquo scandalo fieri non potest;
& ideò in nullo casu ipis invitis esse licitum; ad minus enim sic fa-
ciendo redderetur fides odiosa apud infideles, qui similiter eadem
violentia uterentur circa infantes fidelium, quos rapiunt. Sed hoc
quoque sine ullo dicitur fundamento, quia in primis ex parte infan-
tis nullum scandalum esse potest, sed potius maxima edificatio, cum
eius saluti rectè provideatur, quòd si scandalum cõtingat ex parte
parentum, hoc sanè, ut inquit Hiquens, neque esse, nisi Pharisai-
cum, quia jam supponuntur dati in reprobam sententiam; Et quòd
etiam additur de odio fidei apud infideles, parum valet, quia apud
eos jam in sua infidelitate obduratoros vix sic faciendum potest fides
reddi magis odiosa, quàm modo sit artificiosè Demonis, & devotè
casus nosse intelligitur praedicandus, quòd absit periculum ma-
joris damni, ut docet Doctor in cautelis ab ipso assignatis.

95 Postremo probatur nostra conclusio ex concessis ab ipsismet
Adversariis, qui in nonnullis casibus concedunt, posse infidelium
infantes invitis parentibus baptizari, in quibus currit eadem dif-
ficultas de lectione patris potestatis, quòd contra nos urgent in pro-
posito. Primo enim concedunt, filios Haereticorum, & Apostata-
rum invitis parentibus baptizari posse, cum ratione baptisimi succe-
pti Ecclesie sint subiecti; ex quo sic argumentor, baptisimus sive
fides suscepta non aggravat legem naturae, neque praedicit iuri
parentum in filios, quia fides confirmat legem naturalem, ac pro-
inde non tollit jus parentum in filios, alias essent peioris conditio-
nis in hoc fideles, quàm infideles, & Iudaei; sed filii haereticorum
secundum Adversarios invitis parentibus baptizati possunt aucto-
ritate Principum, & Ecclesie; ergo pari ratione infidelium subdi-
torum filii poterunt auctoritate Principis baptizari invitis paren-
tibus, sine praedictio iuris patrum. Secundo concedunt, filios infide-
lium Principibus, Christianis servitibus subiectionum licite bapti-
zari posse invitis parentibus; sed servitus politica non magis inducit
potestatem in Dominum in praedictum potestatis paternae, quàm
praecipuum divinum naturalem, quò tenentur parentes providere
filii de necessitate ad salutem; servitus enim non est inducta iure
naturali, sed iure politico, ergo gentium, quorum neutrum praeju-

dicat potest iuri naturali, quòd est reliquorum fundamentum, si
ergo Principes possunt abspiciendi potestatis filios aucto-
ritate ad servitum infidelibus, & ipsi invitis baptizate, vel si servi-
tus praedicta potestatis paternae in filios, ut eo invito baptizari
possunt, idem dicendum erit de filiis infidelium, sicut iure subiecto-
rum, quòd praecipuum Dei, & iuris naturalis, quòd Pater tenetur fi-
liis de educatione necessariam ad salutem, praedictam eidem potestati
paternae, quia hoc strictius obligat in ordine ad Deum, & ad
ipsum infantem, quàm titulus servitutis in ordine ad Dominum
politicum.

96 Rursus concedunt Adversarii in extrema necessitate, ac ce-
tero mortis periculo posse infantem infidelium ipsius invitis bapti-
zari; sed hoc esse falsum, si potestas paternae praedicta necessitate
infantis, & praecipuo charitatis, quòd alius in extrema necessitate
constituitur subvenire debet, si ergo Principes potest in prohibi-
ti mortis periculo infidelibus subvenire per remedium
baptisimi etiam invitis parentibus, idem quoque, dicendum erit in
nostro casu; Nec valet dicere in eo casu, scilicet, mortis periculo
cessare patriam potestatem, quia mortis periculum non tollit ab eo
role jus, sed perseverat etiam supra cadaver, ergo si in eo casu nulli
sequitur absurdum ex violatione talis iuris ob solam charitatis
rationem idem quoque, dicendum erit in nostro casu; Demum concedunt
etiam Adversarii, quòd filius perveniens ad usum rationis
potest invitis parentibus baptizari, si ipse consensit, quia in his,
quae salutem concernunt, non subest Patri, quando proprii consen-
sus ipse est capax; sed nisi rationis in filio nihil derogat patre po-
testati, quia in omnibus reliquis esse illi subiectum, saltem quando illi
est impubes; ergo idem ad ea, quae salutem concernunt, non est sub
est, quia in favore mortis, & salutis à potestate paternae eximitur,
quando his repugnat, & ideò quando etiam est infans patriae po-
testati, non subiecit in praedictum fidei, & propriae salutis.

97 Ex quibus omnibus deducere licet, ut optime deducit
Hiquens loc. cit. ius parentis in filium nullum esse in praedictum
salutis eius, & fidei; ac institutionis divinae, ac proinde potest Prin-
cipum sine lectione patris potestatis eo invito filium eius baptizare.
Unde aliud est parentis habere jus in filium infantem, & aliud
est praedictum jus cum circumstantiis jam explicitis subistere: Et
quidem Adversarii ipsi in questione de legis naturalis dispensa-
tione passim concedunt, materiam eius, accedente nova circum-
stantia ita variari, ut debeat obligare, ut pluribus exemplis constat
quia non urget praecipuum naturalem de non auferenda re aliena in-
vivo domino, quando praevalet extrema necessitas; non ligat prae-
ceptum de restitutione debiti, quando urget necessitas gravissima
debitorem; non tenet obligatio contractus matrimonialis inter
infideles, quae est iuris naturalis, altero coniugum ad fidem conver-
so, in praedictum fidei, & religionis, quando subest tale pericu-
lum, non urget ipsa subiectio filii parentibus, quando ad usum ra-
tionis pervenit, cum periculo subvertitur propriè, & sic in multis
aliis, quae sunt de lege naturali; Quamvis ergo parentes ius habeant
in filios, illud tamen non extenditur ad materiam in quavis
circumstantia, quae eam omnino mutat, qualis est quilibet ex di-
ctis, unde contendit Doct. partiam potestatem non ita esse intelli-
gendam, quasi extendat se contra potestatem Dei in eundem in-
fantem, neque in praedictum ipsius infantis, neque fidei, & cuius di-
vini, quia est potestas subordinata; nec tenet contra potestatem
superiorem, nec contra ius tertii ipsius, scilicet, infantis, nec tenet
contra debitum fidei, & cultus divini, quòd strictius ligat, nec
tandem tenet univèrsaliter contra iustitiam.

ARTICULUS SECUNDUS.

Solvuntur Obiectiones, & quid dicendum de Infidelibus adultis

98 In oppositum Primo obijciunt, lex divina non auferit jus na-
turale, sed illud confirmat, quia auctor utriusque, sed de iure
naturae filius est sub cura parentum, & est aliquid illorum,
interea ad usum rationis perveniat; ergo sit contra ius natu-
rae, si infans à cura illorum auferatur, & aliquid de eo ordinetur
ipsis invitis; atque ideò non potest quis licite filium baptizare
invito parente, quia illicite est, quicquid sit contra ius natu-
rae. Confirmatur, quia baptizare filios eorum est ipsos subtrahere
à potestate ipsorum; sed hoc licite fieri non potest, sicut non
possunt auferri ab infidelibus ipsi invitis alia bona, quae possident
& quorum habent dominium. Demum voluntas Patris censetur
voluntas filii, donec caret usu rationis; ergo si non vult Pater,
Filium baptizari, censetur & filius noluisse.

Respondeo, hanc rationem, cui adeo fidem Thomistae ab ini-
uria parentibus facta desumpta levis esse moneat, ut etiam fatetur
Vasq; disp. 155. art. cap. 2. quòd nisi aliud oblatret, ratione illius
iniuriae, quae fieret parentibus, non esset veritas eiusmodi praeju-
diciali illis invitis baptizari; quamvis enim in subtrahere infantem à cu-
ra parentum sit contra ius parentum, tamen aliquid circa filii fa-
cere secundum fidem nostram, quòd Pater non facit, nec permittit
fieri, eum tamen facere debet, aut permittere, contra ius patris

potestatis

potestatis censeri non debet, inquit Vasq; quia ad hoc patria po-
testas, quae est divina potestati subordinata non se extendit, ut de-
claratum est n. 97. Addit Aretius 4. distict. 3. q. 9. art. 1. quòd
quamvis iure nature proli educatio parentibus competat, tamen
quando Pater male utitur iure suo, & proli injuriam facit, potest
iustissime suo iure privari, & proles ab eo auferri; sicut quamvis
maritus iure divino habeat jus supra corpus uxoris, quando tamè
male utitur iure suo, potest Iudex iuste uxorem protegere, atque
eam à marito potestate liberare; Sed melius ait Faber disp. 15. in
tali casu proprie loquendo, Patrem non amittere jus in filium per
abusum patris potestatis in cura filii, sed potius quòd nulli habeat
jus in filium, nec ullam potestatem in tali casu, quò contra facit le-
gi divine, quae ad hoc patria potestas non se extendit, ut supra di-
ctum est. Ad Confirmationem dicendum cum eodem Fabro, quòd
licet Pater habeat potestatem in filios, hanc tamen limitatam ha-
bet, & divina potestati subordinata, ita quòd non est omnino do-
minus filius, ut si bonorum temporalium, & ideò in his quae sunt
contra jus divinum paterni juris explicatissimum, non habet jus in fi-
lium, nosse autem casus est de iis, quae sunt contra jus divinum, &
ideò in hoc casu non habet potestatem in filium, nec illi sit inju-
ria, ut fiet in ablatione bonorum temporalium, in quibus habet
absolutam potestatem; Quibus etiam addendum est, quòd etiam
alia bona possunt ei auferri, quando cum illis bonis vellet alios
damnificare, & sic etiam possunt ei auferri filii, quia maximum
damnum eis inferit, dum baptismum prohibet, qui est illis ad salu-
tem maxime necessarius; & sicut iuste possunt ei bona auferri, si
perversè illis utatur in damnandam terram, sic etiam privari potest ju-
re, quòd habet in filios, si eorum in eorum perniciem.

99 Ad ultimum jam supradictum est, voluntatem Patris censeri
voluntatem filii in iure civili tantum ad alios effectus civiles à vo-
luntate Reipublice pendentes, & in his, quae ad humanum victum
spectant, & vitam corporalem, non autem in his, quae spectant ad
salutem, & vitam spirituales, unde si filius infans, vel impubes
obligatur à Patre ad omni temporale servandum, vel solvendum, in
adultae aetate, tenetur stare illi obligationi, si obligatur ad se.
quendam sectam Mahometi, vel aliquid Haereticum, non tenetur.
Dices, sicut auctori ordinatur in Deum per propriam voluntatem,
ita parvuli ordinantur in Deum per voluntatem parentum; ergo
sicut inferitur vis ad credendum adulto, qui contra voluntatem pro-
prium baptizatus inferitur vis parvulo, qui contra voluntatem
Patris baptizatur; cum enim habeat jus impeditum, & remouum,
nec proprium possit prebere consentium, reputatur voluntas patrum
in quibus eorum propriam voluntatem creditur, tunc temporis patrum
voluntatem vel ordinari in Deum, & velle baptismum, quando Patres
eius vult ipse baptizari, ita tunc temporis credendum est, parvulum
non velle ordinari in Deum, & non velle baptizari, quan-
do Pater non vult eum baptizari.

Resp. si interpretari licet voluntatem infantis presentem, vel
futuram, illa interpretanda est, quae ad eius salutem, & utilitatem
tendit, non quae ad eius ruinam, & perniciem; unde tunc creden-
dum est, voluntatem parvuli consentire cum voluntate parentis,
quando parvulus vult, quòd parvulus est utile, & ad salutem ne-
cessarium, hoc enim est, quòd velle infans, si ad usum rationis per-
venit, nec ullo errore esse detentus; & contra tunc credendum
est, parvulum non consentire cum voluntate Patris, quòd Pater ei
denegat, quòd est utile, & ad salutem necessarium, quando enim
non constat de opposito, semper in partem meliorem voluntas in-
fantis est interpretanda, ut bene dicitur Aretius loc. cit. quia si
filius portare non debet iniquitatem Patris, nec ei subesse quòd hoc
& si filius quando ad usum rationis pervenit, non est in potestate
Patris, quòd ea, quae sunt infans, quando obest, tanto minus boui-
tati divine congruit erat sub eius potestate iniqua cum eòd tute-
re, quando caret usu rationis, & sibi subvenire non potest.

100 Secundo obijciunt, si invitis parentibus baptizantur in-
fantes, vel fieret iniuria sacramento, vel ipsi parentibus; nam au-
tales infantes baptizati relinquuntur sub cura parentum, atque
hoc modo esset evidens periculum, & fere mortis, certitudo apo-
stasiae infantium, cum in adultam aetatem pervenissent, tum pro-
pter affertum erga parentes, tum propter ignorantiam mysterio-
rum fidei; Aut statim baptizati subtraherentur à potestate paren-
tum; hoc autem est contra naturalem legem, quòd habent parentes
erga filios, quòd jus parentum nolle Christus, per legem bap-
tisimi violari, quòs evidens signum est, quòd nunquam haecenus id
Ecclesie tentavit, cum tamen fere commoditatem habuerit, &
multi subint potestati civili Ecclesie; & hac praesertim ratione
utuntur Vasquez, Amicus, Capensis Sarranus, & alii Recen-
tiores, quò ratio fuit Riccardi.

101 Respondeo negàdo consequentiam, quia nec fieret iniuria
sacramento, neque parentibus, si enim primo modo ponatur casus,
quòd infans baptizatus relinquatur sub cura parentum infidelium,
licet ad sit manifestum apostasiae periculum, adhuc tamen bap-
tisimus non esset omnino frustratus, nisi illi inultis, adhuc enim valde illi
deserviret, si moretetur, antequam ad usum rationis perveniret;

ut facile contingere possit; unde videtur, quòd salte hac de causa
posset licite infantibus infidelium ministrari baptismus, ob hanc so-
lam utilitatem, non obstant, quòd etiam contingere potest, quòd
illa non adferat casu, quò non moriatur, ante apostasiam; ut Pon-
cius ad vertit disp. 42. q. 6. n. 37. obiicit, quòd etiam post apostasia-
nam posset illi utilis esse, quia talis apostasia non esset ei peccami-
nosa, & culpabilis, nisi sufficeret ei proponeretur mysterium
fidei, atque idem potest ei proficere, quòd quisque mortaliter peccator,
unde si post apostasiam multis annis viveret, cum invincibili igno-
rantiam mysteriorum nostrae fidei, sine peccato mortalitèr, à con-
sequetur eternam ratione baptismi susceperit, quae sanè est valde
considerabilis utilitas; Si vero secundo modo ponatur casus, quòd
infans baptizatus à cura parentum abstrahatur, ut melius factum
putat Doct. dum supponit in cautela ab ipso assignata, quòd tales
infantes sint religiose educandi; nulla etiam sit iniuria parenti-
bus, quia non habet jus ex natura, aut ex alio capite in filios ad per-
niciem ipsorum, nec corporalem, nec spirituales; Imò potius de
lege naturae tenentur baptismum filii providere, si cognoverint
esse medium ad eorum salutem necessarium, uti credendum est, de
infidelibus Ecclesie, vel Principibus Christianis subiectis, quibus
mysteria nostrae fidei supponuntur sufficienter propostis in con-
tinuum cum Christianis confecturam.

102 Ex eo autem, quòd Ecclesie, quae tenetur providere de me-
diis ad omnium salutem necessariis, nunquam talem baptismum mo-
dum praecipit, aut consulerit; non bene deducitur, quòd sit il-
licitus, sed solum, quòd non sit expeditius ob periculum equali,
aut majorum malorum, quò ex tali praecipio provenire possent,
vel consilio de hac re, ut enim inquit Apostolus 1. Cor. 6. multa
licent, sed non omnia expediunt, unde quamvis hic baptizandi
modus per se sit licitus, per accidens tamen non expedit, quia non
ita facile occurrunt cautele illae à Scoto assignatae, & propter multa
inconvenientia, & scandala, quae interdum sequuntur ob illarum
cautelaram defectum; & id etiam aliquòd factum est, ut colligi-
tur ex ead. Indae dist. 43. & quamvis postea prohibuit sit in Ce-
cilio Toletano 4. factum tamen non damnat, ut illicitum. Imò
Principem adhibuit, qui hoc fecit, cõmendat Concilium titulo
Religiosissimi Principis, ut notat Doct. loc. cit. sed deinceps illi
prohibuit propter inconvenientia, quae inde sequebantur, & ne ex
fides fieret, & tanquam violenta eius susceptio existimaretur,
ideò quòd hoc modo baptizandi abstinere Ecclesie, quia non ita facile
occurrunt cautele illae à Scoto deservitae; Habemus etiam exem-
plum seculo praeterito Ferdinandi Catholici, & aliorum Regum
Hispaniae, qui Mauros, & Iudaeos, ad baptismum compulerunt,
intet quos non est dubium, plures fuisse invitos ad baptismum
proprium, & filiorum, quòd tamen factum Ecclesie non damna-
vit, sed approbavit; Et Joannes Boterus in sua Historia par. 3. lib.
2. testatur, praefatos Reges de consilio peccitorem in hoc secutos
esse peculiarem Scoti Doctoris nostri opinionem.

103 Tertio obijciunt, Principes temporales potestatem non ha-
bent ad ea, quae sunt supernaturalia, sed solum ad ea, quae pertinent
ad naturalem iustitiam, & honestatem, sed suscipere baptismum
est opus ad supernaturalia pertinentis; ergo potestati non subest
Principum temporalium, Contr. quia in Concil. Tol. cit. im-
probatur factum Principis Alesbati, qui Iudaeos quòdam sibi
subditos ad suscipiendum baptismum coegerat; unde prohibuit
deinceps vim interri Iudaeis his verbis Can. 56. De Iudaeis autem
praecipit Sancta Synodus, nemini ad credendum vim inferri; ergo
non licet invitis parentibus etiam civilitèr, subiectis eorum filios
baptizare. Denique dicit Apostolus 1. Cor. 1. quid ad nos de his,
qui foris sunt, iudicare? quasi dicat, Praelati Ecclesie solum habet
spiritualis potestatem super filios; sed parvuli infidelium sunt
extra Ecclesiam; ergo Ecclesie licite eos baptizare non potest; &
tanto minus id procurare Principes saeculares.

Resp. ex dictis n. 91. quòd licet Principes temporales potestatem
non habeant directam in ordine ad spiritualia, habeant tamè indirec-
tam, quando error vergit in detrimentum Reipublicae; & constat
ex eodem praxi, quòd Principes Ecclesiae, & saeculares ex eorum
permissione, & commissione puniunt infideles publice, dum
blasphemates, & Iudaeos, & perjurios, ordinant enim inter
cetera illesis servare jus Dei, quia ad hoc praesertim debent sunt
à Deo potestates. Ad Constit. loquitur ibi Concilium de adultis,
si nos autem hic loquimur de infantibus, qui nec invitè, nec volun-
tate in tali casu baptizantur, sed negativè se habent; Illi enim
proprie vis inferunt, qui cogitatur facere contrarium; quòd ipse
vellet; at infans, qui contra voluntatem Patris baptizatur, non cogit
facere oppositum, quòd ipse vellet, nam si haberet usum
rationis, nec esset errore detentus, credendum est, quòd vellet bap-
tismo, quia sibi ad salutem esse necessarium. Ad ultimum, illis ver-
bis inquit tantum Apostolus, Ecclesiam non habere potestatem
super infideles ad coercendum, & expugnandum illos ratione in-
fidelitatis, non negat tamen, habere potestatem ad liberandum in-
nocentem ab eorum potestate, & tyrannide; ideò, cum parvulus
sit innocens, potest Ecclesie eas liberationem procurare à paren-
tibus infidelibus, consecrando illum Deo per baptismum.

104 Quat-

104 Quotò tandem obicitur, quia si bene ponderentur rationes Scot. adductæ in favorem infantium, non solum probant de infantibus parentum infidelium. Principibus Christianis civiliter subjectorum, sed etiam infidelium nullatenus subjectorum; quos tamen ab initio questionis diximus, non licite baptizari posse, parentibus invidis. Imò ratio à Scot. adducta ex motivo Religionis de- sumpta, nempe probat de infantibus, quod baptizari debeant in- vitis parentibus, sed etiam de adultis, quod cogi possint ad bap- tismum suscipiendum, quia inquit tenent Principes zelare Dei cultum supremum, quia maxima fit irreverentia Deo, cum nomē ejus to- ta die, vel dicto, vel factò blasphematur, & ejus lege publicata per- mitteatur, sed etiam eorum auctori, qui eum sunt blasphematuri; Unde concludit Doct. his verbis; Imò quod plus est, crederem religiosè fieri, si ipsi parentes cogentur minis, & terroribus ad suscipiendū baptismum, & ad conservandum postea susceptum, quia estò, quod ipsi non essent vere fideles in animo; tamen minus malū est eis non posse impunè legem suam illicitam servare, quā posse liberè eam servare; item filii eorum, si bene educarentur, in terra, & quarta generatione essent vere fideles, ita Doct. loc. cit. At periculosa inquit Thomista, esse hanc assertionem, & in Ecclesia novam, quia fides est voluntaria, & idēo non cogi debet ad cre- dendum, nam hoc est contra naturam fidei, & Christus præscri- ptus modum promulgandi legem suam, non dixit, ut minis, & ter- roribus inducerentur gentes ad credendum, sed docendo, & per- suadendo; ait enim; prædicatē Evangelium, & docete omnes gentes, qui crediderit, ide est, sponte sua, salvus erit.

105 Resp. non desse Scot. indifferenter asserentes, posse licite baptizari infantes quorumque quæ infideliam sive subditorum Principibus Christianis, sive non, parentibus invitis, quia saltem indirectè videtur Ecclesia hanc potestatem habere ipso iure natu- ræ, quia potestas defendendi innocentes omnibus est iure natu- ræ concessa; sed si infantes sunt innocentes, & summam injuriam à parentibus patiuntur, & maximum detrimentum, dum eis impe- diant baptismum ad eorum salutem necessarium, ergo licet eos de- fendere, & iure eripere, si opus fuit, de potestate parentum, ut se- cutè baptizentur; Verum Doct. hoc tantū m. asserit de infantibus infidelium Christianis subjectorum, siquidē infideles hujusmodi inter Christianos degentes ignorantiam fidei, & baptismi preten- dere nequeunt, & idēo cum ius nōn spectro preteritū abutatur iure naturali, quod habent in filios, in perniciem, & damnationē eorum, merito tali iure privari possunt, & licite ab eorum educa- tione merito removeri; Ad infideles Christianos non subditi, neque tam eis considerandē habentes ignorantiam fidei, & præcepti bap- tismis præterire possunt, & fortè etiam inculpabiliter putare, se obligatos non esse ad proficiendam fidem baptismi, & infidelitatem esse meliorem, quā in vetam fidem; idque non ita mani- festè, & culpabiliter abutantur patria potestate in filios, sicut abu- rantur infideles Christiani subditi, ac inter eos degentes, non videntur ita licite privari posse iure naturali, quod habent in filios, sicut infidelis, manifestè, & ipse notam faciunt filii injuriæ, sicut filii, ideò, quæ rationes à Doct. allatæ evidentius concludunt inten- tum de filii infidelium Christiani subjectorum, quā de adultis.

106 Ad id tandem, quod addit de adultis infidelibus, quod in aliquo casu cogi possint ad baptismum suscipiendum, nego hoc nostræ fidei alienum; quamvis enim via ordinaria, & iustata promulgandi divinam legem, ac nostræ fidei dogmata sit talis, qualis asseritur à Th. hæc tamen non excludit, nec prohibet viam extra- ordinariam inducendi gentes ad credendum interdum per terro- res, & minas, quando id occasio postulat ad majus malum evita- dum. Et hoc etiam evidenter colligitur, ex Scripturis; Deus enim in forma Patris familia vocavit liberè ad cenam illam magnam servos suos; sed alios renuentes contempit, alios verò induxit per compelle intrare; Et hoc idem insinuat D. Paulus ad Timotheum inquit; Prædica verbum, in qua oportet, argue, obsecra, incre- pa in omni patientia, & doctrina. Hinc D. Aug. ad Vincennum epist. 42. loquens de quibusdam legibus imperialibus contra Hæ- reticos publicatis ait. Harum legum terror, quibus promulgandis Reges servantur Domino in timore, ita profuit, ut nunc alii gra- tias agunt Domino, quod vincula nostra dissipavit, & ad pacis vin- culum transtulit, & quamvis Aug. hic de Hæreticis loquatur, eadē tamen quoad hoc est ratio de Judæis.

107 Quando autem inquit Doct. posse licite in aliquo casu ter- roribus, & minis infideles compelli ad fidem, intelligendus est de minis, & terroribus in materia civili, & exilio, non autem de mi- nis, quæ tendunt ad mortem, ut hic advertunt Aretius, & Hi- queus; hoc enim prohibuit Concil. Toletanum cit. cap. de Judæis d. 45. loquitur enim ibi de terroribus, & minis, quibus tormenta succedunt, & mors corporalis; non autem priori modo, nam ubi detrimentum publicum urget, & periculum vel rebellionis, vel rebellions, aut etiam subversionis fidelium, rectè prior necessitas ipsi potest imponi, & hunc modum prædicavit Ferdināndus His- paniarum Rex, ut habetur L. Cunctos C. de sum. Trin. qui Mau- ros, & Judæos, qui non baptizarentur, iussit de Regno discedere, & ejus exilii timore quamplures baptismum susceperunt, inter quos

nō est dubium fuisse multos invitos ad baptismum, ut supra dictū est; Quod autem in adductis casibus ad majus malum evitandum licite possint non tantum Apostatae, sed etiam Infideles ad bap- tismum cogi, probat Doct. d. 4. q. 4. sub D. quia est regula com- munitè recepta, quod in casu angustie, & necessitatis de duobus malis minus est eligendum ad vitandum majus, quādo utrumque vitari nō potest ex d. 13. c. duo mala; cum ergo hæc sint duo ma- la cogere infideles ad baptismum, & permittere eos in pūne gentili- tatis ritus, vel alterius scetæ servare; utriusque tenet perpen- sio minus malum est primum, quam secundum; actus enim suscipiendi baptismum, & fidem nostram ex suo genere bonus est, & licitus, imò & debitus, & solum in tali casu necessitatis redditur malus ex circumstantia, quia receptio baptismi libera esse debet, & volun- taria, non coacta; è contra verò servare gentilitatis ritus, vel Ma- hometicæ legis malum est ex genere, & maximum peccatum, quæque legem nostram amplecti, & baptizari ergo Principes Christiani in tali casu, si cogant infideles sibi subditos ad fidem recipiendam minus malum eligent, quā si iniquos permitant servari ritus Deū blasphemando, & legem Christi contemnendo; quibus malum est infidelis, quod invitus servet legem Christianam, quā minus quod impudè permitatur agere contra eam, quia universaliter loquendo (inquit Doct.) minus malum est, invitum aliqui bona facere, & mala fugere, quā liberè, & impunè mala agere, & bona dimitte- re; quæ doctrina facile solvantur quæcumque contra hanc asser- tionem solent urgere Thomistæ, quibus ex professo occurrunt Faber disp. 16. cap. 2. & Centius disp. 6. cap. 2. art. 2.

QUÆSTIO QUINTA.

Quæ dispositio ex parte recipientis necessaria sit in adultis ad validitatem Baptismi.

108 EX dictis in fine præcedentis articuli, quod, scilicet in quibusdam casibus possint infideles adulti terroribus, & minis compelli ad baptismum suscipiendum, nova insurgit diffi- cultas an tales adulti in eo casu verum recipiant sacramentum; & ratio dubitandi est, quia validitatem baptismi necessarium est ex parte adulti baptizandi aliquis voluntarius consensus, quo velit baptismum suscipere, nullus enim ad scribitur familia Christi in- vitus, ut habetur c. 23. Prov. ubi Deus prius exigit cor ab eis, qui suæ familie sunt ad scribendi dicentis illi prabe mihi cor tuum, no- lens aliquid omnino invitum suæ familie ad scribi; & hoc etiam certum est praxi Ecclesiæ, quæ nunquam adultum baptizat, nisi prius illum interroget an velit, & respondet, vellet; aut saltem si- bi constet, quod antea baptismum petierit, quod etiam docuit In- noc. Tertius cap. Majores de baptismo, & ejus effectus; quod postea etiam Paulus U. in suo Rituali de Adultorum baptismo monet, non nisi volentem esse baptizandum, amentes verò quæ lucida ha- bita habent intervalla, esse baptizandos; unde mentis sunt com- potes, ut suum possint præbere assensum; Et hoc tandem colligitur ex verbis Christi Matci ult. dum loquens de baptismo adul- torum inquit; qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit; quos auctoritates non solum probant, requiri consensum bap- tizandi ad recipiendum effectum baptismi, qui est ipsa gratia regenerative cum remissione totius culpe, & ponere; sed etiam ad va- liditatem ipsius baptismi, quatenus est symbolum sensibile im- pressum in anima characterem collativum, gratiæ regenerativæ; hæc autem communis doctrina Patrum, Conciliorum, & Scho- lasticorum jam dictis repugnare videtur, quod in aliquo casu possint infideles adulti terroribus, & minis cogi ad suscipiendum baptismum, nam in eo casu verum non recipient sacramentum eum supponantur accedere invitati.

ARTICULUS PRIMUS.

Resolutio Quæstionis.

109 Hæc difficultatem tractat Scot. ex Instituto d. 4. q. 4. ubi quaeritur an adultus non consentiens possit effectum baptismi recipere, eamque resolvit per distinctionem, quod non consentiens potest intelligi, vel contrariè, vel negativè tantum; hoc secundo modo negat, tantum actualē consentium, primo verò modo ponit actualem dissentium, & patet hæc distinctio, quia non est idem non velle, & nolles dissentire contrariè rursus potest con- tingere dupliciter, vel contrariè simpliciter, vel contrariè secun- dum quid tantum, quod explicat Doct. declarando, quid sit velle aliquid simpliciter, & quid velle secundum quid, ille vult simpliciter, qui actualiter eligit aliquid, ut fugiat aliquod incommodum quod si aliter evitare postulat, quod illud non velle; sic prociens merces in mare ad evitandum mortem ex procella imminente, di- citur velle illam projectionem simpliciter, licet secundum quid il- lam non velle, si nimirum posset aliter viam servare; simpliciter ergo volens proficere, & secundum quid nolens, hoc est, sub condi- tione nolens, quia non let, si posset alio modo salvare vitam, sic igi- tur in proposito, baptizati simpliciter non consentiant contrariè, quæ ab-

absolutè baptizari non vult, producendo positivum actum nolitionis baptismi; secundū quid autem contrariè non consentit, qui vellet non baptizari, si posset evitare incommodum, quod sibi timet eventurum non suscipiendo baptismum, & quia illud effuge- re non vult, nisi baptizetur, idēo vult baptizari; Ut si quis Prin- ceptis alicui infideli sibi subditi intimaret, ut baptismum suscipe- ret, alioquin tormenta subiret, vel exilium à regno, & ille, ne tale incommodum patereat, in baptismum consentiret, vellet sim- pliciter baptizari, sed dissentiret secundū quid, quia si posset ali- ter incommodum illud evadere, non consentiret; Hæc declarat.

110 Primò dicit Doct. adultum ratione utentem, & contrariè simpliciter dissentientem non valde baptizari, quod probat, quia Deus per Sapientem dicit Prov. 23. Fili prabe mihi cor tuum, nolēs aliquid omnino invitum familie suæ ad scribi; suscipiens autem baptismum ad scribitur per hoc familie Christi, & subdit, quod si talis non consentiens hoc modo reclamant signo exteriori sui, ma- nifestans dissentium, non cogitur ab Ecclesia facere Christianæ observantiam; si verò non reclamant, cogitur, quia Ecclesia iudicat de manifestis, & quia tacet, præsumitur consentire, ut patet de reg. par. in 6. qui tacet, consentire videtur. Neque inquit Doct. in hoc argui potest Ecclesia, quod isti nolenti simpliciter, & ta- men non reclamanti facti injuria, minus enim malum est ibi, quod invitus servet legem Christianam, quā quod impunè permissa- zar agere contra eam, quia minus malum est, invitum aliqua bona facere, & mala fugere, quā liberè, & impunè mala agere, & bona dimittere.

111 Secundo dicit, quod si dissentis ille sit tantum secundum quid, simpliciter verò consentiat, sacramentum est validum, si nimirum baptizati consentit eo modo, quo Ecclesia facere intendit scilicet, si consentiat non tantum in illam abjurationem, tanquā in quoddam lavacrum, sed in abjurationem eo modo, quo illa intendit facere Ecclesia; quod probat, quia talis est consentit simpliciter, & est simpliciter volens, licet secundū quid sit nolens, nam qui vult ali- quid, ut aliquid incommodū evadat, simpliciter vult illud, licet secundum quid sit nolens, ut explicatum est exemplo prociens merces in mari; quomodo verò aliquis consentire possit in eam ab- lationem suscipiendum eo modo, quo cōfertur ab Ecclesia, & ta- men nollet, si posset evadere tormenta, quia non credit, baptismū aliquid valere aptissimo exemplo declarat Doct. ut si aliquis non credens, verba incantationis posse habere aliquem effectum, se ta- men incantari permittat, hoc est, consentiat. Incantatorum verba incantationis supra se profert, e intentione, quia solet ea dicere, dū incantationem efficit, dicens in corde suo, valeant, quantum va- lere possint, ejusmodi homo verò diceretur incantator; & si talis incantatio super aliquem diceretur cōsecratio Diaboli, ille foret, & cōsecrator Diaboli cōsecratus; sic ergo patet, qui consentit, se baptizari, & formam verborum supra se profert eo modo, quo intendit Eccl. dicens in corde suo, valeant hæc verba cō abjuratione, quantum valere possint, esse verè baptizatus & Deo cōsecratus.

112 Et de coactione in hoc fensu, inquit Doct. locutum esse Concilium Toletanum 4. c. 6. remota in cap. Majores extra de baptismo, & ejus effectus; in quo est monitum, non esse amplius In- dogas ad fidem cogendos, subdit tamen eos, qui antea ad fidē susci- piendam coacti fuerant, cogendos esse eam recipere, & serva- re; qui tamen non ita coacti ad fidē venisse intelligendi sunt, ut nullo ipsorum consensu baptizati fuerint, sed ut loc. cit. Innocentius Tertius declarat, vi quidem aut metu coacti, propria tamen volun- tate sicut conditionata ad evitanda supplicia, quævis nō absolu- tas, & spontanea voluntate baptismum susceperint; Unde tandem præcitat caput his verbis concludit. Tam ergo cum aditē sacra- mentalis imprimi operatio, eum obicē voluntatis contraria non in- venit obsequenti; cui doct. Scot. ad verbum subscribit. A micus cū aliis Recentiorebus dicit, 1. de Bapt. c. 6. ex quo sequitur, quod consensus, vi vel metu hoc modo extortus non impedit sacramen- ti receptionem, quia ille consensus hoc modo extortus est simpli- citer, & absolute voluntarius, & tantum secundum quid involun- tarius; ergo sufficit ad valorem baptismi, quæ idēo talis baptismi consensus in prædictis decretis imprimere characterem indelēbilem, ratione cuius, qui sic baptizatus est, subditus manet jurisdictioni Ecclesiæ, & ad fidem servandum est, subditus manet jurisdictioni inquit Scot. quod simpliciter dissentiens non recipit sacramentū, undē cessante tali dissentio, si postea consentiret simpliciter, esset baptizandus; qui vero simpliciter consentiret, licet secundum quid dissentiret, verò baptizatus consensus est, & cessante dissentio illa, secundum quid non est iterum baptizandus, quia verum recepit baptismi sacramentum; tales autem sunt, qui coacti terroribus, & minis baptismum suscipiunt, talis non susceperit. Dices, volens per vim, & metum non contrahit in matrimonio, ergo neque in baptismum; quod est matrimonium quoddam spirituale anima cum Deo iuxta illud, desponsabo te mihi in fide. Resp. per baptismum potius adoperari hominem in filium Dei, quā contrahat matri- monium; in adoptione autem licet nulli nullo actum habeat adop- tatus, solus adoptans sufficit actus; atque idēo non est simile de matrimonio, & baptismo; de quo Scot. d. 4. q. 2. q. m. D.

113 Hanc eandem doctrinam ex nostris jam antea docuerant Aletius 4. p. q. 3. memb. 7. art. 2. & D. Bon. 4. dist. 3. art. 2. q. 1. licet sub aliis terminis; dixerunt enim, duplicem esse coactionem; alia est sufficiens, quæ proinde nonnulli absolutam appellat, & talis effectus, si aliquis manibus, pedibus, flagellis immergetur, alia est inducens, quæ alii vocant conditionalem, ut si quis minis, & terroribus ad baptismum induceretur, ita ut magis vellet se sacramento Ecclesiæ subijcere, quā mortem, vel exilium subire, quæ præmissa distinc- tione inquit, quod si quis coactione sufficienti, vel absoluta bap- tizaretur, quantum vis abluens eum baptizare intendat, & debita servet verborum formam, nec tem, nec characterē suscipit fac- tamenti, & constat ex c. Majores supra relato, quia nullo modo fuit in eo consensus, seu voluntas, imò fuit omnino repugnans. Si vero coactione inducenti, vel conditionata baptizatur, ut potest si minis, & flagellis ad baptismum inducitur, ita quod magis vult, se sacra- mento Ecclesiæ subijcere, quā mortem, vel exilium pati, si intendat quod circa eum fiat, tam exterioris, quā interioris illud, quod circa illos, qui simpliciter, & voluntarie baptismum suscipiunt, & mi- nisterialiter facit Ecclesia, verè recipit sacramentum baptismi, ut constat ex eodem c. Majores, ubi dicitur, quod is, qui minis, & ter- roribus ad baptismum trahitur, suscipit, ne detrimentum incurrat, talis characterē suscipit Christianitatis impressum; quia talis coactio est solum inducens, & conditionata, non absoluta, & sufficiens, & talis consensus est simpliciter, & absolute voluntarius, & solum secundum quid involuntarius; cui dicendi modo sub- scribitur Aretius d. 4. q. ar. 4. & Centius disp. 6. c. 2. ar. 2.

114 Tertio dicit Doct. quod adultus ratione utens non consen- tiens solum negativè, si tamen virtualiter consentit, aut salte ha- bitualiter, verum sacramentum baptismi suscipit, v.g. adultus, qui non consentit, nec dissentit actualiter, quia est distractus à consi- deratione baptismi, consentit tamen virtualiter, quia quando vene- rat ad Ecclesiam, ut baptismum suscipere, volebat baptizari; aut saltem habitualiter, quia prius habuit voluntatem baptismi, & post talem consensum, quia prius habuit dissentium contrarium, verū suscipit sacramentum, solum probat Doct. quia Deus neminem obligat ad impossibile, vel nimis difficile in statu hujus vite; sed non distrabi actualiter, vel semper de baptismo cogitare, dūm sus- cipitur, est nimis difficile, quia non est in potestate nostra, quin visus tangamur, ut ait Aug. de lib. arbit. ergo sufficit consensus, & volitio virtualis ad verè suscipiendum baptismi sacramentum; sicut Sacerdos in consecrando Eucharistiam verè consecrat dis- tractus, dū tamen prius induendo se intendere celebrare Mis- sam, secundum morem Ecclesiæ, ut dicitur etiam disp. præc. de sacra- m. genere q. 7. loquendo universaliter de intentione Ministri ad sacramenti valorem requisita. Alterum quoque probat Doct. quod nempe sufficit consensus habitualis, quia talis consensus habi- tualis sufficit homini, qui postquam habuit assensum, incidit in amentiam; ergo etiam sufficit utenti ratione; assumptum probatur, quia alioquin non posset baptizari consenti amenti, qui ante amentiam illum perivit, ut doct. Innocentius Tertius c. Ma- jores de baptismo, & ejus effectus, & Paulus V. in suo Rituali de Ba- ptismo Adultorum definitivè; Consequentiæ probat Doct. quia utens ratione non est deterioris conditionis, quam sit amentis, pro- pter eā quod ratione utatur, ergo si talis consensus habitualis suf- ficit amenti, sufficit etiam adulto ratione utenti.

115 Quotò tandem inquit Doct. quod si daretur adultus ratio- ne utens, qui merè negativè se haberet ad baptismum, omnino nō consentiens, neq. dissentiens, tam actualiter, quā habitualiter, non recipere sacramentum baptismi; quod probat, quia oportet, hominem ratione utentem, & ad hoc sacramentum accedentem aliquam ad illud habere devotionem, ad hoc ut illi valeat, aliter videretur illud cōtemnere; Cons. quia non sufficit sola negatio resistentiæ, seu negativa permissio, sed requiritur positivus consen- sus saltem virtualis, vel habitualis, siquidem negatio resistentiæ, seu negativa permissio, non est consensus, quem Ecclesia in adul- torum baptismo requirit, sed potius negatio consensus; Adhuc tamen verum est, hujusmodi negativam permissionem sufficere, ut baptizatus in foro externo maneret Ecclesiæ subiectus, à qua cogi posset ad fidem servandum; Hæc tamen casum, inquit Scot. videri difficilem, præcipue si talis adultus prius aliquando de bap- tismo cogitasset, quoniam, vel tunc placuisset sibi baptizari, vel non, imò si displicuisset, & secundum illum modum judicaretur talis habitualis consensus in posterum; Et hæc est communis opi- nio, quam tenent Suarez, Vasq. Card. de Lugo, Amicus, Faber, Centius, Aretius, Hiquæus, & alii Recentiore passim, & fuit etiam D. Th. 3. p. q. 68. ar. 7.

116 Oppositum tamen hujus asserti tenet Cajet. ibidem, qui do- cet, solum requiri ad valorem baptismi, quod ille, qui baptizatur, non habeat voluntatem contrariā, etiam si non habeat, vel habuerit unquam voluntatem baptismi recipiendi, ut aliqui Gentilis qui nunquam cogitavit de baptismo, & proinde nunquā cogitavit velle suscipere baptismum, vel non velle, si dormiens baptizatur, tenet Cajetanus, eum esse verè baptizatum, neque iam expurgatur esse baptizandum, si consentiat in baptismum; Hoc autem pro- bat